This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

L
32
100.3

# AMARCIVS

## SERMONES

EDIDIT

M. MANITIVS

1903

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

L 32.100.3

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

# SEXTI AMARCII

## GALLI PIOSISTRATI

# SERMONUM LIBRI IV

E CODICE DRESDENSI A. 167a

NUNC PRIMUM EDIDIT

**MAXIMILIANUS MANITIUS**

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

MDCCCLXXXVIII

L 32.100.3

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY
46 X 202

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

Printed in Germany

AMICO SUO

FRIDERICO WEISS

GRATISSIMO ANIMO

EDITOR

# PRAEFATIO.

Codex Dresdensis A. 167$^{a}$[1]) primum a M. Büdinger descriptus[2]) continet a fol. 1$^{a}$ usque ad 37$^{a}$ carmen satiricum quattuor libris distinctum quod, ut in prologo legitur, Sextus Amarcius Gallus Piosistratus conposuit. Cuius carminis non nisi frusta pannosve publici iuris fecerunt Haupt „Bericht über die Verhandlungen der Berliner Akademie“ 1854 p. 160 sq., Herschel „Naumanns Serapeum“ XVI, 93—96. 110 sq. 121—126, M. Büdinger (et Grunauer) „Aelteste Denkmale der Züricher Litteratur“ 6 sq. 25 sq. (Addenda in „Anzeiger für schweizerische Geschichte und Alterthumskunde“ 1868, N. 1 p. 89 sq.), Steindorff „Jahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich III.“ tom. I p. 191 et adn. 3. 4, p. 197 et adn. 3. Qui omnes res ad historiam Teutonici regni spectantes quae insunt carmini desumpserunt ut poetam certo addicerent tempori. Brevissime de Amarcio egerunt Wattenbach „Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter“ II, 3, Bursian „Geschichte der Philologie“ I, 69 sq. Alias Amarcium perstrinxerunt Schinz „Schweitzersches Museum“ 1790 p. 745 sq., G. Morel „Neues Schweizerisches Museum“ 1865 p. 49.

---

1) Quem codicem benigno animo domum mihi contulit bibliothecae regiae Dresdensis praefectus F. Schnorr de Carolsfeld. 2) Aelteste Denkmale der Züricher Litteratur 1865 p. 6 sq.

Ac primum quidem codex accurate describatur necesse est. Amarcii carmen ab una eademque manu exaratum est, quam saeculo XIII. ineunti adscribo. Priora codicis folia librarius iterum relegit locosque solito pallidius scriptos nigriore oblevit atramento e. g. fol. $4^a$ l. 7. 24. 25. 31. 32. 36. Ceterum carmen difficilius intellectu fuit, quam ut librarius omnes locos mente conprehenderet, quam ob rem haut ita paucae inveniuntur correcturae. Quod iam paulo post observatum est, praeter librarii enim manum altera et ea quidem paene aequalis (M) conspicitur, quae partem mendorum primitus non sublatorum correxit, lacunas supplevit, sententiarum distinctionem plerumque perperam positam partim emendavit. Attamen et interpunctio scatet vitiis et permulta apparent scripturae menda.

Praeterea a librarii manu exaratum est aliud carmen fol. $37^a$ cui inscribitur „de quatripertita conpunctione"[1]), quo finito altera ut videtur manus incipit quippe quae litteras minores et graciliores reddiderit. Willirami cantici canticorum latina paraphrasis num ab altera illa manu scripta sit dubitari potest, prioris enim librarii litteras esse puto. Quam paraphrasim idem corrector qui Amarcium emendavit relegit, quod conici licet ex correctura fol. $47^b$ l. 8 facta. Dein idem librarius nec non corrector[2]) manent usque ad fol. $71^b$; insequentia a multo recentiore manu exarata sunt neque ad rem in priore codicis parte tractatam pertinent. Singulas codicis particulas priores usque ad fol. $71^b$ et in uno eodemque monasterio scriptas et paene eiusdem temporis esse litterarum ductus atque modus sibi constantes adprobant. Sed partem a fol. 43 incipientem posteriore demum tem-

1) Quod cum aliis huius codicis ineditis publici iuris feci in „Romanische Forschungen" VI, 1 sq. 2) Quod apparet ex coniectura fol. $69^b$ l. 22 posita.

pore cum priore coniunctam esse eo veri simile est quod foedissima in margine superiore a fol. 32 incipiens macula desinit in fol. 42. Quae macula olei ut videtur infusione effecta ab exiguis profecta initiis paulatim succrescens[1]) partem verborum eo loci positorum pessum dedit atque devoravit ita ut vix legi possent.

Quod sciant viri docti codex Dresdensis Amarcii unicus est neque alias de Amarcio eiusque carmine multa nobis tradita sunt. Vetustissimum de Amarcio nuncium praebet catalogus[2]) bibliothecae monasterii quod hodie dicitur Marienfeld. Qui catalogus saec. XIII scriptus inter alia enumerat „Librum sermonum Amarcii metrice". Plenius de Amarcio eiusque carmine disseritur in libro cui inscribitur „Registrum multorum autorum" quemque notissimus poeta Hugo de Trimberg anno 1288 conposuit. Cuius ex verbis infra positis[3]) „cum sit auctor rarus" conici licet Amarcii carmen tunc temporis iam paene oblivione abolitum fuisse. Ceterum Hugo ipse indicat se Amarcii codicem quendam in manibus habuisse, aliter enim de operis illius distinctione tam accurate loqui non potuit.

1) In fol. 42 maxima est. 2) ed. Kindlinger, Allgem. literar. Anzeiger 1800 p. 523: Liber sermonum amarcii metrice. 3) ed. Haupt l. l. p. 159

Sequitur Amartius, doctor veritatis,
Catholicus, satiricus, amator honestatis,
Turiaca provincia secus Alpes natus,
Horatium in satiris suis imitatus.
Scripsit hic temporibus Caesaris Heinrici,
Sed cuius, cum plures sint, nequit a me dici:
Reor tamen quod fuerit Heinricus ille pius,
Qui verbis et operibus totus erat dius.
Quatuor nominibus est auctor is vocatus
Sextus et Amartius Gallus Pyosistratus.
Liber hic in quatuor libros est divisus
Et quibus in varios sermones subdivisus.
Haec de his sufficiant, ne velut ignarus
Amartium posuerim, cum sit auctor rarus.

Atqui Hugonem Amarcii carmen minime diligenter versasse statuamus oportet, quia dubitat quisnam fuerit ille Heinricus 'Romanae sceptriger arcis'[1]) cuius poeta fecerit mentionem. Quibus repugnat quod Hugo Amarcium Horatii imitatorem esse dicit, nisi forte credis haec eum aliunde desumpsisse. Aut enim Hugo in codice suo plura de Amarcio scripta invenit aut quod Amarcium in Turiaca provincia secus Alpes natum esse adfirmat alio ex fonte hausit. Praeterea Hugo poetam inter alios vates commemorat in libro cui inscribitur „Renner".[2])

Denique pauca de Amarcio traduntur in chronicis quae Theodorich Engelhuus saeculo XV. ineunte scripsit.[3]) Quem quae Hugo de poeta reliquerit expilasse Hauptius falso opinatur[4]), quod iam Büdinger vidit[5]); alter enim in Amarcii mentione prorsus ab altero abhorret. Neque, quod monebat Büdinger, Vincentii Bellovacensis speculum historiale investigans quidquam de Amarcio traditum inveni, quod Engelhuusio praesto esse potuit. Atque ita certum quidquam de Engelhuusii fonte adferre nequeo. Ceterum fieri potest ut Engelhuusius quae de Amarcio tradit ex ipso Dresdensis codicis folio tegumentario nunc deperdito desumpserit, si codicem illum Erphesfurtensem olim fuisse Büdinger recte suspicatus est[6]); constat enim Engelhuusium diutius Erphesfurti versatum esse.[7]) Posteriore tempore Amarcius e notitia virorum doctorum plane evanuisse puto quia Leysero viro in operibus medii aevi poetarum adprime versato ignotus fuit.[8])

---

1) Amarc. lib. III, 141. 2) Renner vs. 9310 Oracius und Virgilius | Amarcius und Ovidius. 3) Scriptores rerum Brunsvicensium ed. Leibniz tom. II, 1092 Amarcius poeta claruit in Turego, qui pulchrum doctrinale novum dictavit pro pueris, qui etiam pulchrum Graecismum composuit. 4) Haupt l. l. p. 160. 5) Aelteste Denkmale p. 4. 6) Ibid. p. 7 sq. 7) cf. O. Lorenz, Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter seit der Mitte des dreizehnten Jahrhunderts tom. II, 151. 8) Quod ex eo colligi potest, quod Leyserus in opere suo cui

Atque secundo quidem loco quae de Amarcio ipso traduntur accurate inspiciamus. Ex his nonnulla ad unguem perduxit Büdinger[1]) sed haut ita pauca adhuc egent iudice. Hugo de Trimberg poetam in „Turiaca provincia secus Alpes natum“ esse adfirmat, Engelhuusius in Turego claruisse dicit. Quae inter se satis discrepare nemo non videt; attamen hi duo auctores procul dubio unum eundemque locum attingunt videlicet pagum qui dicitur Turgau quippe qui pagus Amarcii tempore terram Turicensem quoque complecteretur. Quod Büdinger coniecit[2]) apud Hugonem pro verbo „Turiaca“ scribendum esse „Curiaca“ refuto quia ille vim fecit verbis neque in eo sibi constat, quod prius Engelhuusium Hugonis verba expilasse negavit. Qui duo nominis illius testes nequaquam abiciendi sunt neque habemus cur verum eos dixisse negemus. Huc accedit quod Amarcius ipse se Gallum nominat, quod cognomen duobus modis interpretari licet; aut verbum Galli spectat ad monasterium S. Galli in pago Turgau situm, aut Amarcius Francogallum se esse eo indicat. Neque poetam Germanicae sed Romanae, ut dicitur, originis fuisse ex aliis quoque causis concludi potest. Primum enim Amarcius imperatorem e gente Salica natum Henricum non Heinricum nominat[3]), quam nominis formam praecipue a Romanis quae vocantur nationibus usurpatam esse constat inter omnes. Dein et nomina Sexti Amarcii Piosistrati et Candidi Theopystii Alchimi[4]) magis homines decent e Romana quadam gente natos quam Germanica. Denique quae verba facit Amarcius III, 527 ‘Nunc

---

inscribitur „Historia poetarum et poematum medii aevi, Halae 1721“ de Amarcio nihil adfert. Ceterum cf. argumentum quod codici Dresdensi inest leviterque Amarcium quoque perstringit.
1) Aelteste Denkmale etc. p. 8—21. 2) Ibid. p. 104. Ubi V. Cl. W. Wattenbach nonnulla a Büdinger falso lecta egregie correxit; cf. Anzeiger f. schweiz. Geschichte etc. p. 92 sq.
3) Carm. III, 141. 4) Cui carmen suum dedicavit Amarcius.

quos eiectos huc *dira* Sicambria mittit', patriis finibus extorri Francogallo cuidam vel Burgundioni[1]) dici potuerunt patriae pristinae irato. Quibus convenit quod Amarcius pluribus locis ita loquitur ut priore tempore divitem eum atque opulentum fuisse conicias, quod iam Büdinger monuit.[2]) Amarcius enim peritissimus est morum nobilitatis eiusque negotia et ludicra accurate describit et divitum nobiliumque hominum epulas atque convivia depingit. Huc accedit quod inopis conditionis homines hortatur ut contenti sint paupere censu locoque humili neve maiora petant. Quae cum ita sint Amarcium patria expulsum in Germaniam venisse contendimus. Veri simile est poetam in patria fortunatiorem fuisse quam in peregrinis locis eamque ob rem nescio an saturas suas scripserit. Quae si contuleris verbis quae Hugo de Trimberg facit de Amarcio, poetam e gente qúadam Romana in pago Turgau (vel Francogallia) natum esse adfirmabis.

Mille carminis loci Amarcium virum laicum fuisse negant, ecclesiasticum adprobant. Qui cum clericatus tunc temporis vitia et maculas violenter acerbeque aggressus sit, illi ordini adscriptus non erat. Cuius ordinis fuerit, e verbis III, 739 sq.[3]) positis facile concludi potest. Poeta ibi monachis conviciari sese decere negat, quam ob rem Amarcium monasticae conditionis virum fuisse apparet.

His ita dispositis et quibus Amarcius negotiis praecipue occupatus fuerit, e multis carminis locis satis elucet. Animadvertas mecum, quaeso, versus II, 48.

---

1) Eo tempore Burgundia non amplius decem undecimve annos cum Teutonico regno coniuncta erat atque ut erant Burgundiones maiore ex parte Romanae originis, tunc ex ea natione nati haut perperam eosdem atque Francogallos se esse dicere potuerunt. 2) Aelteste Denkmale p. 19 sq.
3) Monachus a pompis mundanis sponte recessit;
Obiurgare illum *non multum pertinet ad me*
*Nec cupio.*

75 sq. 528 sq. 571. III, 16. 70 sq. 74. 79 sq. 139. 214. 445 sq. IV, 419 sq. positi quid contineant. Quibus locis res ad medicinam spectantes tractantur quare Amarcium medicum fuisse persuasum habeo. Qui suae aetatis medicina arte valde inbutum se praebet et plerumque corporis remediis animae obponit, quo demonstret, se medicum etiam animae vitiis mederi posse. Et hinc quoque totum carmen natum esse puta. Sed haut ita facile dictu est, quibus ex libris medicinae artis scientiam Amarcius hauserit; quaeri enim potest utrum ille in remediis dandis antiquitatis an sui temporis scripta expilando imitatus sit. Notissimus et versatissimus certe ei fuit Plinius, ut secundum caput libri quarti aperte testatur atque ob eam rem Amarcium in medicina quoque Plinium inspexisse veri simile est. Fortasse ei praesto fuit et liber Sereni Sammonici. Sed quae dat praecepta ad medicinam pertinentia maiore ex parte ex duobus hisce auctoribus desumpta non sunt; quae multo magis accedunt ad librum (Pseudo-)Apulei de herbarum virtutibus. Sed ne illum quidem talem qualis hodie exstat expilavit, qua de causa poetam epitomen illius libri aliis aliunde excerptis iam tunc consutam manibus versasse puto.

Amarcius praeter medicinam alias quoque res tractavit quod quidem Engelhuusius tradit dicens et doctrinale novum eum dictavisse pro pueris et Graecismum pulchrum conposuisse.[1]) Itaque Amarcius etiam res

---

1) Quae verba transtulit Büdinger l. l. p. 3 „Sprachlehre in Versen dichtete“ et „Encyclopädie verfasste“ sed haec falso. Sane et doctrinale quod conposuit Alexander de Villa Dei et Graecismus quem scripsit Eberhardus Bethunensis (cf. Leyser, hist. poet. et poem. med. aevi p. 767 sq. 795 sq. 829 vs. 69 sq.) versibus scripta sunt. Hauptius (l. l. p. 160) Engelhuusium Hugonis de Trimberg registrum inaccurate excerpentem ad figmenta venisse obtendens verba illa omnino refutat. Quod si ei concesseris, omnibus recentioris aetatis historiae vetustae fontibus abstinendum esse dices. Büdinger Hauptium ita sequitur ut

ad scholas spectantes attigit, doctrinale enim illud breviarium trivii quod dicitur vel septem artium liberalium fuisse persuasum habeo; Graecismum intellego librum Graecas voces adiecta notione Latina conplectentem.[1]) Quibus convenit, quod pluribus locis poeta Graecorum verborum notitia se iactat.[2])

Dein quo tempore Amarcius carmen conposuerit, Büdinger satis dilucide illustravit.[3]) Quam adfert poeta inportunam famem[4]) sine dubio clades ab anno 1043 incipiens intellegenda est. Itaque carmen ante annum 1044 scribi non potuit. Ceterum Büdinger huc alia adferre debuit. Amarcius enim tradit[5]) papas vetuisse ne sacerdotes matrimonium inirent. Quod edictum pertinet ad acta synodi anno 1018 Papiae congregatae cui Benedictus VIII. papa praesidebat. Quare Büdinger papas ab Amarcio nominari falso negat.[6]) Immo vero poeta a matrimoniis clericorum prorsus abhorrens illius synodi decretis[7]) consentit. Atque id quoque Romanae Amarcii origini concinit, Romanas enim nationes inprimis ecclesiae ut dicitur reformationi tunc favisse notum est.

Amarcium Teutonici regni aulae statum bene novisse iam Büdinger recte monuit;[8]) et alios quoque medicos in aula regia versatos esse scimus quippe

---

Engelhuusii quidem verba hautquaquam recuset, Amarcii et doctrinale et Graecismum eiusdem generis opera fuisse contendat cuius Alexandri et Eberhardi. Sed verba supra posita transferri non possunt nostris „dichten" et „Encyclopädie". De Graecismo illo prius breviter egerunt Schinz in „Schweitzersches Museum" 1790 p. 745 sq., G. Morel in „Neues Schweiz. Museum" 1865 p. 49, sed paene omnibus destituti subsidiis rem ne hilo quidem promoverunt. 1) Exempla habes in Amarc. Carm. II, 155. III, 667. 2) Carm. I, 357. II, 155. III, 5. 14. 124. 148. 323. 667. 809. IV, 190. 347. 3) l. l. p. 13—16. 4) III, 145 sq. 5) III, 732. 6) l. l. p. 17 et Anzeiger f. schweiz. Gesch. etc. 1868 p. 94 adn. 10. 7) cf. Mansi, nova conciliorum ampliss. collectio XIX, 343—356 et Monumenta Germ. hist. legum tom. II, 561—564. 8) l. l. p. 17 sq.

quorum ars magni aestimaretur.[1]) Quod Büdinger poetam in capella regia occupatum fuisse coniecit[2]), e verbis illius concludi minime potest. Neque id quidem pro certo adfirmaverim, Amarcium Spirae versatum Beradontis curationi interfuisse. Qui fuerint ille Beradon et lib. III, 154 (179 predictus herus) Patricius[3]) quidam nominatus iam non liquet. Carmen ipsum Amarcius dedicavit viro alias plane nobis ignoto Candido Theopystio Alchimo. Quem Amarcii magistrum fuisse eo verisimile est, quod in praefatione poeta ab eo petit ut quae prius conatus sit carminum obliviscatur.[4]) Quae sine dubio spectant ad carmina ab Amarcio admodum iuvene vel adulescentulo conposita Candidoque illi bene nota. Aliud quicquam excepta mystica de Candidi corporis colore facta significatione[5]) de illo in carmine non invenitur.[6]) Neque titulus nostri carminis merus iam exstat; sed inscriptionem quam in catalogo monasterii Marienfeld legimus meram fuisse et in hac quoque re auctorem quod carmini suo inscripsit „Sermones" Horatium — sexcenties enim Amarcius Horatii vestigia pressit — imitatum esse puto, nisi forte poetam carmina sua saturas vocasse ex Hugonis verbis censes.

Materiem carmine tractandam Amarcius elegit indeficientem, cum hominum suae aetatis statum mores-

---

1) Anselmi gesta epp. Leodiens. c. 44 (SS. VII, 216) Ea tempestate Iudeus quidam in arte medicinae praecipuus et ob hoc quidem imperatori Cuonrado satis acceptus . . . 2) l. l. p. 17. 3) an Spirensis episcopus? Sed tunc temporis praefuit Spirensi ecclesiae Sigibodo. Fortasse Patricius fuit abbas Spirensis. 4) I, 5

Si magnum te parva iuvant hoc excipe carmen

. . . . . . . . .

Oblitus tenerę quod pubertatis alumnus
Confisus domino cęlitus ausus eram.

5) I, 3 Ut cum corporea superes albedine cygnos. 6) cf. Menkonis chron. (Mon. Germ. SS. XXIII, 524) Auroram Sedulium *Theopistam* et similia . . . . conscriberet.

que describeret. Atque ita Amarcius sui temporis morum iudex tantum mala ut fieri solet conspicatus eos qui Romae praecipue saturas scripserunt imitatus est scilicet Horatium[1]) Persium Iuvenalem. Quo fit ut Teutonicae res saepissime Romanae antiquitatis facie atque colore depingantur cui vitio fere omnes medii aevi poetae succubuerunt. Quid sentiat auctor de rebus carmine tractandis facile cognosci potest ex primi libri capite primo cui inscripsit „epilogus de virtutibus patrum et posteriorum viciis“: et nimis queritur de sui temporis rerum malo statu moribusque depravatis et vehementer in caelum fert res temporis acti, quod per totum carmen factum esse facile perspicias. Amarcius si Germanicam vetustatem meram descripsisset, maximam ei gratiam haberemus, sed paucis exceptis cum prioris aetatis bona laudat, exempla ex bibliis sanctis sumpsit, quam ob rem pro Germanis plerumque Hebraei laudibus efferuntur. Sui autem temporis Hebraeos maxime perosos habuit Amarcius, ut tunc solebant viri ecclesiastici invadere Iudaeos religioso quodam furore atque odio. Et quae recentioris aetatis mala enumerat poeta, maiore ex parte hausit ex satiricorum Romanorum scriptis supra commemoratorum, ita ut saepe Romani mores pro Germanicis vellicentur. Quod scriptorum medii aevi commune vitium esse nemo ignorat.

Auctor carmen suum in quattuor libros divisit, quibus materiae dispositio minime respondet. Primis enim libri primi capitibus in communia vitia locutus ut sunt avaritia libido superbia luxuria, in posteriore parte libri primi atque in toto libro secundo Iudaeis Christianae fidei expertibus more clerici Christiani maledicit. Quae pars magis episodus quae vocatur dici potest quam ut totum carmen continuet. Dein in

---

1) Id iam cognovit Hugo de Trimberg in registro suo de Amarcio ita locutus: „Horatium in satiris suis imitatus.“

tertio libro multis ex prioribus libris repetitis sobrietas castitas humilitas ab auctore lectori commendantur. Quae excipiunt de anima disputationes partim Augustino Prudentiove desumptae. Tertio libro finem dedit Amarcius praeceptis a quodam Eufronio[1]) de amore Christiano deque probitate vitae clericorum editis. Quartus liber disputat de praecipuis Christi monitis quibus finitis adsuta est brevis oratio qua inprimis auctorem orthodoxum esse demonstretur. Totius autem carminis momentum in conviciis et contra Iudaeos et contra clericatum iactis positum esse videtur, quibus postponuntur quae in commune Amarcius disserit; quamquam ea maximi aestimanda sunt quia plerumque viridi quodam colore vitia hominum suae aetatis pervulgata depinxit poeta ut sunt superbia hominis novi (I, 301 sq.), fastus nobilium in clericos (I, 331 sq.), luxuria divitum (I, 371 sq.), auri fames avarorum (III, 91 sq.), prodigi incontinentia (III, 103 sq.) atque id genus alia.

Iam de fontibus ab Amarcio adhibitis altius est ordiendum. Atque poeta ipse quidem citat in carmine suo fontes Augustinum (III, 427), Gregorium I. papam (III, 225), Hieronymum (I, 99). Semel etiam nominat Prudentium (II, 383), Horatium (IV, 299)[2]), quamquam his ambobus plurimum debet ut ex notis nostris textui carminis subpositis satis elucet. Praeterea citantur ab Amarcio III, 268 sqq. Naso[3]) (i. e. Ovidius), Gallus[4]), Iuvenalis, Alchimus (i. e. Alcimus Avitus), Arator, Sedulius, Iuvencus[5]), III, 527 Terentius, IV, 471 sqq.

1) De Eufronio vide infra. 2) Non solum Horatium uberrime expilavit Amarcius sed etiam commentatorem eius Acronem ita ut pro certo adfirmari possit, poetam Acronis scholiorum codicem quendam in manibus habuisse. 3) Ovidium ab Amarcio inspectum esse recte iam Bursian monuit in „Geschichte der Philologie" I, 60 adn. 4) Quem tantum e Servio ad Verg. Ecl. X Amarcius novit. 5) Quos christianos poetas Amarcius reprehendit cum antiquos laude efferat III, 270: „Alchimus Arator Sedulius atque Iuvencus \ Non bene

Lucanus, Statius, Sallustius.[1]) Quos poetas nominavit omnes expilat Amarcius exceptis Gallo Aratore. Plurimus autem pendere videtur ex Eufronio quodam III, 572. IV, 1 nominato. Verba poetae III, 571 sq. posita ita interpretanda esse puto ut Amarcium aut discipulum Eufronii scholas frequentasse aut librum ab Eufronio de proba sacerdotum vita conscriptum in manibus habuisse eique praecepta III, 574—967 prolata debere contendam. Quae nescio an coniungenda sint, ita ut Amarcium et Eufronium docentem audisse et eius librum excerpsisse statuamus. Nomen Eufronii cognominibus Piosistrati Theopystii aequiperandum esse puto, Germanica enim vel Gallica esse videntur in Graecam linguam translata. Vergilium Amarcius non citavit quamquam ex illo permulta hausit quae carmini suo more medii aevi poetarum inseruit. Saepius autem verba nostri eadem referunt quae Anselmus in gestis episcoporum Leodiensium nobis reliquit. Cuius gesta (Mon. Germ. hist. VII, 191 sqq.) cum post annum 1048 scripta sint et Amarcius carmen suum circa annum 1044 conposuit fieri non potest ut poeta Anselmum inspexerit sed illum ex Amarcio hausisse puto. — Praeterea pluribus locis similitudo intercedit inter Amarcium et Eupolemium poetam adhuc paene ignotum. Cuius opus in cod. Dresdensi Dc. 171[a] fol.

---

tornatis apponunt regia vasis | Fercula.“ Neque alias semper vere orthodoxum se praebet poeta; rogat enim III, 718 cur sua aetate miracula non iam fiant, cum in sanctorum virorum translationibus miracula satis superque fieri sacerdotes tunc temporis populum docerent. 1) Sallustium enim supplendum esse puto ad versum IV, 479 „Et Marii referens virtutem astumque Iugurthę.“ Praeterea nominantur ab Amarcio Homerus (I, 187. III, 791), Cous scriptor (III, 791), Pythagoras (I, 442), Plato (III, 242), Demosthenes (I, 221), Hippocrates (II, 75), Aesopus (III, 527), Themistius (?) (I, 221), Ennius (III, 792), Saliorum carmen (IV, 56), Boethius (III, 110). Veri simile est Amarcium quae de bello Troico adfert ex Iliade latina sumpsisse, quae tunc temporis pervulgata fuit.

17^a—38^b (s. XIII) scriptum[1]) cui tempori adscribam nescio. Sed ut in notis nostris commemorabitur, inter ambos plura similia sunt ita ut alterum ex altero quaedam desumpsisse persuasum habeam. Qua de re alias accuratius disputabo. Amarcium multa Plinio debere supra iam monui. Quod poeta III, 191 de vatibus Caesarianae necis adfert ex Suetonio hausit.

Ex sanctorum actis Amarcius S. Macarii Aegyptii abbatis vitam legit eiusque partem libro tertio (379—416) inseruit, quae Büdinger[2]) ad vitam Macharii Syri anno 1012 Gandae mortui pertinere falso opinatur. Quae Amarcius de Macario adfert, fere ad verbum ex illius vita desumpsit.[3]) Item quod miraculum commemorat poeta II, 602—666 Beryti factum ex actis de concilio Nicaeno secundo paucis omissis excerpsit.[4])

Ars metrica Amarcii proprium servat aetatis usum eademque vitia admittit quibus poetarum aequalium versus inquinantur. Sed copia vitiorum illorum apud nostrum haut ita magna est; quorum pauca in indice II. enarrabo. Permulta autem inveniuntur in carmine nostro vocabula rara verborumque coniunctiones intellectu difficiles, quorum maiorem partem ex Horatii satiris, quid significarent ex Acronis interpretationibus edoctus, in suum usum transtulit noster. Ex quibus quae ullius momenti sunt in eodem indice

1) Quod carmen brevi tempore editurus sum in „Romanische Forschungen". 2) l. l. p. 16. 3) Acta SS. Ian. I, 1009 c. III, 12 ecce occurrit illi diabolus in via cum falce et cum vellet eum percutere non potuit dixitque ei: Magnam a te vim patior, Macári, quia adversum te nihil valeo. Ecce enim quidquid tu facis et ego facio. Ieiunas et ego. Vigilas et ego omnino non dormio. Unum est tantummodo in quo me superas. Et dicit ei abbas Macarius: Quod est istud? Respondit diabolus: Humilitas tua, et ideo adversum te nihil possum. 4) Mansi nova concil. collect. ampliss. XIII, 23—30 (acta concil. Nicaen. II actio IV).

conposita invenies. Quae Amarcius ex prioribus auctoribus desumpsit cum suis locis accurate textui subposita sint, indicem ex eis conflare supersedi.

Codicis orthographiam genuinam servavi exceptis tantum vitiis quae librario debentur.

Niederlössnitz apud Dresdam Non. Febr.
MDCCCLXXXVIII.

Corrigenda.

p. VIII l. 12 a marg. inf. lege 'Amarcium' pro 'Amarcius'.

**Incipit epistula Sexti Amarcii Galli Piosistrati ad Candidum Theopystium Alchimum.**

Virtutum norma, Theopysti, fulte decora,
  Inque dei vernans candidus obsequio,
Ut cum corporea superes albedine cygnos,
  Gemmis interius candidior niteas.
Si magnum te parva iuvant, hoc excipe carmen
  Çontextum crasso pectoris igniculo,
Oblitus tenerę quod pubertatis alumnus
  Confisus domino cęlitus ausus eram.
Et si noscere amas, quo pacto trusus ad hoc sim,
  Cordis luminibus perspice, quod sequitur.
Perverti mores habitos maioribus hoc in
  Tempore pertractans vix tenui lacrimas.
Hinc carptim priscos intendi scribere ritus
  His qui nunc degunt ferre volens reduces.
Sed cum talis adhuc titubaret mente libido,
  Publicus herentem scribere iussit amor.
Non ergo te rusticitas deterreat eius,
  Versibus altisonis non opus omne viget.
Cumque superborum pigeat fastigia semper
  Inspicere, huc oculos flecte aliquando tuos.
Israhel qui venit oves revocare celebres,
  Manzeribus nobis contulit ille manum.

---

1—22 ediderunt: Haupt, Bericht über die Verhandlungen der Berliner Akademie 1854 S. 160 f.; Herschel, Naumanns Serapeum XVI, 93; Büdinger, Älteste Denkmale der Züricher Litteratur S. 25

## Incipit liber primus Sexti Amarcii.

### (I.) Epilogus de virtutibus patrum et posteriorum viciis.[1]

Quem bis natorum, semel ex genitrice, secundo
Pneumate de sancto regni celestis amore,
Corrugare genas[2]) et eas conspergere fletu
Non deceat, quod que quondam fortissima pugna[3])
Virtutum stravit munimine rursus in hostes
Surrexisse sacro letisque vigere triumphis
Fataque victricum vicia irridere[4]) videmus?
A patrum vita tantum distare videmur,
Occasus quantum rutilanti distat ab ortu.
Cana venenose secura libidinis etas
Lumbos constrinxit zona succincta pudica,
At nos hircosus molli oblectamine flatus.
Ructantes auras suffundimus atque canino
Ore remordemus; tento inspicere aëra collo
Est amor, et cupido nummos abradere rostro:
Illud more gruis, hoc corvi more voracis.
Inservire iocis avium libet et catulorum,
Et vana extolli scurrarum laude vafrorum,
Turbidulasque[5]) modis variis conpescere curas.
Inter avariciam constat via luxuriamque,
Quam raro incultam — namque his divina voluntas
Grata fuit, nec eos domini precepta gravarunt —

---

24 *pneumate*] *n* superscriptum 26 *que*] olim *quē*, erasum 33 in margine inferiore leguntur librarii manu scripta: *Scō p$^{o}$et alexāder m$^{o}$* (sancto Petro Alexander monachus) 40 *vafrorum* in rasura 43—62 ed. Herschel l. l. p. 93

---

1) cf. cum hac carminis parte verba Anselmi in gestis episcoporum Leodiens. c. 28 (Mon. G. SS. VII, 205): o si nostris temporibus tam aurea possent revocari saecula . . .! 2) cf. Hor. Ep. I, 5, 23. 3) meminit Prudentii Psychomachiae. 4) cf. Tac. Germ. 19 Nemo enim illic vitia ridet. 5) cf. Prud. Apoth. 208.

Dimisere patres renovantes passibus illam
Crebris. Mendicos victu cassos et amictu
Fulcibant et non marcarum pondere fiscos
Stipabant aut mole gravi granaria frugum.
Illi etiam heroas virtute evoque verendos
Constituere duces[1]), primates atque tribunos.
Tunc qui vilis erat, quamvis centena talenta
Palma porrigeret tremula gemmasque nitentes
Proferret titubante vola, non ulla potestas
Concessa est illi. Sed nunc qui vendit opellas,
Discissos senio byrsas qui tendit olentes
Dentibus inpressis, tereti qui lignea torno
Vasa rotat, multo si scrinia fęnore farta
Exspolians nitidam portabit ad atria massam,
Ille tribunus erit, quodcunque affectat habebit.
Nemo tunc scalprum[2]), nemo tunc scruta[3]) paterna
Inproperat, dat gaza genus, formam, probitatem.
Nummatis pars prima favet, laudantur amantur.[4])
Consulibus quondam Romanis mos erat iste,
Non nisi discretis committere pontificatus,
Utpote morosis scripturarumque peritis,
Illis agricolas brutos ratione carentes
Presbiteris formare probis, nec poscere soldos
Immo sedulius ipsi petere ac peterentur.
Quis et quot claris tunc pollens terra sophistis
Fulsit, quotque animę regna obtinuere beata!
Heu nunc posteritas, contempto more parentum
Omnia pervertit, pietas heu funditus omnis
Destruitur, pauci sunt qui ad cęlestia tendant.
Quere fidem, non invenies, fraus regnat; et ipse
Cui bona tu facis, aspergit rumore malo te.

---

55 an *discissas?* 67 c. *Prebiteris*

---

1) Tac. Germ. 7 duces ex virtute sumunt. 2) cf. Hor. Sat. II, 3, 106 et schol. Acron. 3) cf. Hor. Ep. I, 7, 65 et schol. Acron. 4) Hor. Ep. I, 6, 37 sq.

Simpliciter quis agit? nichil est, malus intonat omnis,
Quique lupum vivit, cunctos similes sibi credit.
Ei mihi! ad infernum totus modo cursitat orbis.
Felix cui dabitur Stigias non ferre latebras,
Et Flegetonteos evadere cęlitus ignes!
Felix quem tristem manes Acheronta colentes[1])
Non detentabunt nec lurco vorabit Avernus!
Circa momentum mundanus abit dolor, illic
Eterni luctus, nec cessant stridere dentes.

---

### (II.) De eo quod avaricia leges et sanctiones subvertat.

Quo terre reges, argenti splendor et auri,
Precipitas? Quid rectores mundi illice forma
Hortaris nescire deum? Quid lucis alumnos[2])
Perpetuis cecas tenebris? Te regia cęli
Verarumque locus precellit deliciarum,
Mellifluo rutilans per tempora cuncta nitore!
Unde modo incipiam de mundi principibus qui
Turpis avaricię vexillum ferre videntur?
Pene potens omnis temerarius acmine facto
Dedere munificam leto gliscit rationem,
Nec trutinam iudex ęquo discrimine librat.
Illinc iusticię sedes, hinc sessio gemme.
Sed toto obtutu gemmarum ad gaudia fixo
Naso suspendit[3]) camiro iusti stationem.
Illud pertractans animo Hieronimus inquit:
„Omnium avaritia est mater radixque malorum.“[4])
Quam recte intonuit! namque hac suadente magistra

---

77 an *lupus*? 82 c. *de tentabunt* 97 c. *ob tutu* *fixo*] *xo* in macula, fortasse *xu* scriptum

---

1) Aen. V, 99. 2) Prud. Perist. II, 205. 3) Hor. Sat. I, 6, 5. II, 8, 64. 4) Hieron. ed. Vallars. (Veron. 1734) I, 927 E (epist. CXXV ad Rusticum) et radix omnium malorum **avaritia.**

Abiciunt domini decretum sepe fideles,
Ųt victis quondam Ierichenis perfidus Achan.[1])
Sordent Christicolę, nisi quis est copia gaze,
Diraque barbaries auro sociante fovetur.
Si pauper Christi Iudeo dixit: „Apella“[2]),
Proclamant cupidi nil nil cruce dignius esse.
At si cristatus Iudeus et excoriatus
Ex nostris inopem percellit strage profana,
Excusso querulis obpeditur ore propinquis.[3])
Quid loquar in tribulis latrones more ferarum
Palantes cecosque specus et lustra colentes
Nil referre feris? Non illos arcet ab antris
Ianus et horrifico ramalia candida nimbo,
Pendula non glacies, sitis augens dira calorem.
Quid memorem regum rimantes tecta scelestas
Raptorum furumque manus? quos non pudet auri
Instimulante fame[4]) vagina stringere sicam,
Et non speratos vibrare proterviter ictus,
Aut conto cerebrum aut seva multare securi,
Ut mutilatorum stellata veste fruantur
Ignitaque auro trabea, proh ceca cupido!
Pontificum tedet corvinos promere rictus,
Quos, ceu flagra trocum, rotat insaciata cupido.[5])
Non tam avide pandit stomacho latrante[6]) palatum,
Quando errare pecus per prata recentia[7]) cernit
Sopito pastore lupus, quam pontificum mens
Pluribus ecclesiis hiscit rectoribus orbis,
Se nitidum sperans corradere posse metallum
Quod multi ignavi procedant divite palma.

---

106 *xp̄c* . *åpella*  113 an *differre*?  115 *augens* in ras. 119 c. *protervier*  123—183 ed. Herschel l. l. p. 94 sq. 123 *cervinos* Herschel falso  124 *cupido*] *p* in ras. pro *b*

---

1) Ios. 7, 1 sq.  2) cf. Hor. Sat. I, 5, 100.  3) cf. ib. I, 9, 70.  4) Sedul. C. Pasch. I, 237. Tibull. I, 5, 53.  5) Prud. Psych. 478.  6) Hor. Sat. II, 2, 18.  7) Aen. VI, 674.

Cui cuius casus quęrenti verbera neutri
Reddit apudque probos stat muto inglorius ore
Et fronte obstipa[1]); non presulis horret adire
Atria, distentas rutilanti fasce crumenas
Apportans, vernas ambit dominumque serenat;
Nam frendens visu subridet episcopus auro.
Hic ubi ruricolis nummo fautore sacerdos
Est datus, infirmis audet subducere corpus
Divinum, nisi dentur ei vel quatuor asses;
Quin et si infantum subitus dolor appetit artus
Nondum tinctorum sacrato in fonte, malignus
Absterret querulos prolis de morte propinqua;
„O quantus labor est plus insistentibus illis!
O si bis senis rotulis mihi palma gravetur
Argenti, puto sic posset labor iste levari.“
Sicque mori plures linquit sine crismate, gazam
Illicite expensam sibimet persolvere querens,
Duriter ille stolam calicemque miser luiturus.
Preterea si qui sua plebibus ora resolvunt,
Promulgare sacras sic intendunt omelias
Ut plus pro nummis quam pro mercede tonantis
Ultro prebendam videantur pandere sanctam.
Quid de conversis, quos recto et nomine vero
Appellare volens perversos dicere debet,
Christe, feram? Sed enim tenebrosis vestibus artus
Frenantes tumidos et amantes abdita claustra
Primitus, inter se paulatim nobilis auri
Argentique struem, quanta est cuiusque facultas,
Secreto conferre student, quo limpida coram
Succina prodentes consciscere singula sensim
Rura queant. Hic fulmineus cupit esse decanus,
Alter egenorum provisor flagitat esse,

---

131 *Cui*] c. *Qui* corr. 132 c. *Redđ apđq; Reddit apditque* Herschel 157 c. *in terse* 161 c. *hinc* (*hīc*) ita Herschel

---

1) Hor. Sat. II, 5, 92.

Ille peni curam petit, alter preposituram;
Ille cupidineum, novitatis amicus, amaro
Sollicitans rancore iecur moderamine fratrum
Enodi res cunctorum decernere gestit.
Continuo nactus, quod mens exusta sitivit,
Ad regem si forte means signavit ocellis,
Pontifices Pario lapidi ęquos ferre bacillos,
Mordacem ex imo gemitum pulmone remittit
Et natat in curis quo more vitellus in albo[1]),
Atque hęc intra se: „Que te detrusit in artum[2]),
Mors tam dira locum candente satellite cassum
Vestitumque togā residi, roseos ubi stulti
Aut niveos viciant tunicis nigrantibus artus
Denormantque[3]) caput ferro? Quid fiet? in illis
Degener obscuris numquid versabere semper?
Absit ut hoc, fieri nummus sinat induperator[4]),
Immo hanc lacteolo baculus volo candidiorem
Dente manum repleat; quid convenientius hoc est?“
Hinc fit ut egroti medicamen ubique salutis
Querentes errent, ut oves quas perdidit altor,
Et pereant, fido dum non fotore iuvantur.

---

(III.) **De eo quod libido maxime dominatur in hominibus.**

Sunt inmundarum quos semper more ferarum,
Quod dictum scelus est, obvolvit feda libido.
Inde Severinus negat esse homines viciosos,
Sirenumque sonos et Circe fingit Homerus
Pocula collegas Ythaci fecisse canes et
Setigeros verres, canibus quod dignaque porcis

---

172 c. *in trase* 175 c. *niveas* ita Herschel 178 *fleri* Herschel falso 183 *fida* Herrschel falso

---

1) Hor. Sat. II, 4, 12 sq. 2) Prud. Apoth. 3. 3) Hor. Sat. II, 6, 9. 4) Hor. Ep. I, 6, 37.

Fecerunt. Et sic homines mutasse Medusa
Fingitur in lapides, quos stare in sorde coegit.
Sorte pudiciciam vicisti tempore nostro
Insigni pridem redimitam timpora lauro[1]),
Feda lues. Populum babtismate nobilitatum
Annon degeneris victores quo patre creti
Percensere decet? Iam desine, tolle catenas,
Tolle, tuas, priscique furens reminiscere fati.
Bellantesne putas incerta sorte carere?
Nunc hi succumbunt, nunc ęqua sorte resurgunt,
Non semper vaga sors in eodem tramite currit.
Dic age, dic, que tanta tuę fiducia palmę?
Cum quandoque satus de virgine respiciet nos
Ac nostri clemens miserebitur, interimet te.
O mater felix, heresim nam perculit omnem,
Quę virgo peperit, post partum virgo remansit.
Virgo deum peperit, non patrem, sed patre natum.
Ut quondam Cinici voluere, quod ipse Philippo
„Indubitas," inquit „quod ego in patre et pater in me est."[2])
Sed tamen et soli varię sunt proprietates.
Ergo abscidantur de quorum pullulat error
Robore, Fotinus, Nestorius Elbidiusque,
Appellas, Noetus, Sabellius atque Bonosus.
Argumentum etiam frustrata puerpera virgo est:[3])
„Femina si peperit, peperit semente virili."
Virgo deum genuit coniuncti ignara mariti.
Quid barbatorum vigilantum corde sagaci
Investigatus summa certante sophia
Sylogismus agat? quidve arte probata refellens
Contortis arguta modis dialectica possit

---

195 *degeneris*] prius *degerenes* 203 c. *in terimet* 219 c. *dialetica*

---

1) Aen. III, 81. 2) Ioh. 10, 38. Sedul. C. Pasch. I, 321. 3) Prud. Cath. IX, 19.

Cum, deus, innupte prodires ventre puellȩ?
Sed quid acumen ego Demostenis atque Themisti
Inculcando moror? Summi patris unice fili,
Qui mare, qui terras, qui cȩlos, Christe, regis, te[1])
Clausa verecundȩ producit virginis alvus[2]),
Ergo de feda nos solve libidine et omnes
Catholicos igni da sudo fervere facque
Astu serpentes, fac simplicitate palumbes.[3])
Heu quanto interitu vincit cum plebe libido
Inportuna duces! Amor instat conubiorum,
Sed tamen ante omnes Lamia atrox cecat eburnos
Heroum thalamos[4]), que vel Samsona Ididamque
Cecavit quondam. Cursare per atria dicunt
Cyrris[5]) truncatis masclorum more puellas,
Ut dum primatum lectis verniliter assunt,
Obscȩnos coitus, quantum facinus! paciantur.
Obtutus hȩc externos vesania carpit,
Ut larvȩ pueros fallunt tragicique coturni,
Ebrius aut petus numerat plerumque lucernam.
Non est qui, facili quamquam discrimine sollers,
Sexu inmutato verum perpendere possit,
Supara dum spernens bracis caligisque virago
Crura tegit tunicasque exerto poblite findit:
Haut aliter quam si vescā lanugine nec dum
Crinitus iuvenis linquat de fronte virili
Femineas pendere comas et eas caliendro[6])
Constringat parvaque genas obnubat aluta[7])
Ac celante pedes incedat sirmate fusos
Aut colum usurpet, verum spectare queamus.
Nos glaucos latet, hoc occulto fallimur actu,

---

225 c. *defeda* 226 *dasudo* 228 *quanto* in ras. 230 *ante omnes* in ras. 233 *truncatis*] *trun* in ras. 235 c. $\overset{o}{q}$*uantum*, *q* prius *p*

---

1) Prud. Apoth. 153. 2) Prud. Apoth. 106. 3) Matth. 10, 16. 4) Hor. Sat. II, 6, 103. 5) i. e. cirris. 6) Hor. Sat. I, 8, 48 et schol. Acron. 7) Ov. Amat. III, 202.

Lama[1]) vię similes deludit sero viantes,
Meiit et in stratum dum potum somniat infans.
Hoc et pontifices vicium, si creditur, atque
Abbates premit, ah, documentum flagiciosum!
Clericus hinc canones avertitur et Benedicti
Monachus iniuncta claustrumque chorumque perosi
Parmacopolarum male olentia tecta frequentant,
Proh dolor! et sceleri si compta iuvencula desit,
Succumbit veteres ululans edentula cantus.[2])
Visere nunc discunt meritoria feda scolares,
Sanctarum fugiunt habitacula relliquiarum,
Non turpis flatus, non illos polipus[3]) arcet
Non unce nares, non dependentia labra.
Cordibus humanis ceu flamma insistit ofellis
Saevus[4]) amor, qui nos confundere iura[5]) fidemque
Conpellit; renum nil inportunius igne!

---

### (IV.) Invectio in superbos.

Nunc mihi de sacro perstringere pauca tumore,
Quero, deus, presta, qui certo tramite lunam
Dirigis obscuram, quę prima nitore bicorni[6])
Paulatim crescens pleno secat orbe tenebras,
Maior eis quę sunt in signum classibus astra[7])
Plyades, Artofilax, Cinosura, Arcturus, Orion,
Regnorum statum solitus mutare cometes[8]),
Ac Tytane minor, qui lumen ei dare fertur,

---

253 c. *albates* corr. nigriore atramento 255 c. *mona*[h]*cus* 256 c. *Parma copolarum* 259 *scolares*] *r* ex *l* corr 264 *confundere*] prius *confundera* 267 *Quero*] c. *Quire* 270 c. *insignum*.

---

1) schol. Acron. ad Hor. Ep. I, 13, 10. 2) Prud. Perist. X, 305. 3) Acron. ad Hor. Epod. 12, 5. 4) Ov. Am. II, 10, 19. 5) Ov. Met. X, 346. 6) Hor. c. saec. 35 sq. 7) cf. III, 638. 8) Lucan. Phars. I, 529.

Officio distans ab ea distans quoque cursu.
Stellarum numerum scis atque vocabula solus[1])
Inque tuis oculis ut heri sunt secula mille[2]),
Nilque deo vetus est. Relegamne ab origine cana
Antiquum satanę scelus, an replicare recusem?
Quid repetam infaustum, domino dum cedere nescit
Factori factus, dum se illi turgidus equat,
Ut subitum fulgur libratum cardine celi[3])
Luciferum, culpę simul assensoribus actis,
Et sic fuscatum viciosi crimine nevi
Ut focus obducit cacabum fuligine cupreum?
Quid repetam domini formatum pollice plasma
De limo et limum subito incaluisse tumore,
Dum domini iniunctum servare exhorruit Adam,
Pomum manducans vetitum culpamque superbus
In dominum torquens sibi et omni posteritati
Ęternum inpendens ęterna morte laborem,
Ni rex excelsus, virides qui gramine terras
Lucentemque globum[4]) lateque sonantia stagna[5])
Fecit, mortali dignatus carne operiri
In cruce pro nobis mortem libasset acerbam?
Vitam signat adhuc mediam tamen atra cicatrix.
Nunc Adę factum pauper locuplesque sequentes,
Quamquam dissimiles buccas inflare[6]) solent et
Naribus excussis suspendere[7]) cuncta nisi aurum.
Nempe tumor demens et habendi insana cupido[8])
Convenere fide dextrasque dedere vicissim.
Nam cum paupertas rebus plerumque secundis
Pollet postque sagum lugubre preffulget in albis,
Cernere tedet humum priscamque reducere sortem

298—343 ed. Herschel l. l. p. 95 sq. 302 ante *sagum* parva rasura

1) Sedul. C. P. I, 66 sq. 2) Psal. 89, 4. 3) cf. Sidon. Ap. C. XXII, 156. Aldhelm. de laud. virg. 1886. 4) Aen. VI, 725. 5) Prud. Psych. 95. 6) Hor. Sat. I, 1, 21. 7) Pers. Sat. I, 118. 8) Aen. IX, 760.

Inflaturque genas, ut onustę tubere turpi
Assurgunt scapulę, velut uncis unguibus olim
Haurit tabifluum pellis lacerata liquorem
Aspiratque novo sanies exotica folli,
Aut ut cęnosę brumali tempore lamę[1])
Declivesque vię nimbo turgent tenebroso.[2])
Et sublatus inobs quivis hęc corde volutat:
„Hem, quis ego sum! quisve mihi par? Hercule nullus
Namque fruor simila plus Caucasea nive cana,
Nec porro cogor gingivas urere, quippe
Cui passer visco capiturque timallus ab hamo.
Stragula palla mihi est et iuncto purpura cocco.
Quid dubitem tortos[3]) cidari cohibere capillos,
Aut cur me nitidus non cingat balteus auro[4])?
Nam et totum corpus gemmis velare coruscis
Et margaritis possum, mihi si placet illud.
Si libet, ut magnos gestat me reda Quirites.
Hactenus indulsi nec vindice dente remordi,
Si quis „rauce culix“ dixit mihi „fetide cimex“.[5])
Iam qui dicet idem mihi, bubo scrofave fiet.
Si soleas[6]) quondam et phaleras in paupere tecto
Conpegi aut molles fiscellas vimine lento[7]),
Nunc mea me virtus et cista referta lucello[8])
Extulit; absistat, cui populus alba[9]) mapale
Dat fruticesque breves quę pisa procurat et omnis
Non bene vestitus, scabiosus, iners, strabo, varus.“
Hec novus aut paria his elato pectore iactat.
Nec minus hoc errant primates et generosi,
Qui de tesauris, titulis statuisque tumentes

311 *Hem*] *Item* Herschel falso 313 c. *gingvias* ita Herschel 321 c. *in dulsi* 328 *fruticesquo* Herschel ut videtur errore typographi *quę*] an *qui*?

1) cf. Hor. Ep. I, 13, 10. 2) Ov. Met. VII, 409 sq. 3) Prud. Psych. 183 sq. 4) Aen. V, 312 sq. 5) Hor. Sat. I, 10, 78 et schol. Acron. 6) cf. Hor. Sat. I, 3, 128. 7) Aen. VI, 137. 8) Hor. Ep. I, 18, 102. 9) Hor. C. II, 3, 9.

Christum contempnunt gemmę byssique datorem,
Suffocantque bonos ut Nili pessimus olim
Arbiter obpressit sanctos Moysen et Aaron;
Doctoresque pios stantes ad pulpita abhorrent
Ut scabiem, lendes quam sulcant atque peducli,
Talia latrantes infanda vocę: „Quid hoc est,
Quod populo inponunt grave et inportabile pondus?
Nempe per hystorias nos annichilare severas
Querunt ypocritę, religant anathemate quosvis,
Cauponas theatrumque vetant, a rege Gehennę
Hęc docti potum regerunt ut hirudo cruorem.“[1])
Sed rogo, quos adeo iactantia frivola tollit,
Ut quid inaccesso genitum patre non imitari
Nituntur miseri? qui tectus carne caducas
Tempsit delicias, qui Iherusalem introiturus
Sprevit equos, mulos, humilemque insedit asellum
Et proficiscenti pubes Iordanica letę
Obvia palmarum ramos oleęque virentis
Stravit humi et puerum clamavit „osanna“ caterva.

---

(V.) **De diversis luxurie illecebris.**

Nec tu Tyriacę labes deterrima pennę,
Tu quę blandiciis diversicoloribus omne
Evum hominum, pueros, iuvenesque senesque, triunca
Fuscinula rapiens patulo detrudis Averno,
Luxuries, aberis; tibi tot quot Prothea vultus[2])
Fama habuisse refert; sed maxime aplestia mentes
Dissicit et venas distendit et incitat inguen.

---

339 *Quod*] *Quid* Herschel falso *inponunt*] altera linea secundi *n* prius *l* 352 c. *tuturiacę* 353 c. *diversi coloribus* 355 c. *de trudis*

---

1) Hor. Ep. II, 3, 476. 2) cf. Eupolemii C. (Cod. Dresd. Dc. 71[a] fol. 31[a]) II, 265 variantem Prothea vultus. Hor. Ep. I, 1, 90.

Nunc de missilibus diversis accipe luxus.
Huius flammifera lumbos transverberat hasta
Blandius effusum detentans vulnere cęco.
Palpitat ille cadens coituque avertere pestem[1]
Cogitat inmissam, vulnusque ita curat ut ille
Qui lippo suadet, varias spectare figuras,
Aut qui fomentis credit parere podagram,
Aureaque incassum distendit frusta chirurgis.
Ast alium cęso de silva mille saporum
Appetit hastili viribusque premit duplicisque
In miserum iuris truculentos depluit imbres.[2]
Ille labans nec iners iaculo stridente repugnans:
„Si mihi perdicum nidore adolere supinas
Contingat nares[3] nec non pipere atque piretro[4]
Irritare gulam gratoque rubore Falerni
Proluere et stomachum monstris placare[5] marinis,
Que fluviis aiunt ignota minoribus ut sunt
Renus, Arar, Rodanus, Tanais, Padus, Hister, Araxes[6]:
Hoc equidem, reor, hoc medicamen reddere sanum
Me queat; i, puer et propolas perspaciare.“
Venit ubi vinum moratum, sicera, medo
Consummat Cererem sive Dacus Saxoque potu:
„Ac bonus et tenuis mea pernatet exta Lieus!
Tu fora percurrens obsonia cara macelli
Huc eme[7], fer panes et edules adde placentas.
Vinctis deinde levem scopis abradito limum;
Ut cum narcisso dempto obice lilia vernent,
Iam picturato proscęnia pegmate vela
Fulcraque gemmatis scrobe rasa thoralibus orna.[8]
Nescio an esuriem vel non, tabulam tamen abta;

---

361 c. *de tentans* 365 c. *par&re* 366 c. *frustra* alterum *r* eras. 383 c. *placentes*

---

1) Aen. III, 620. 2) cf. Colum. X, 206. 3) Hor. Sat. II, 7, 38. 4) Ov. Amat. II, 417 sq. 5) Hor. Sat. II, 8, 5. 6) Fortun. Vita Mart. II, 78. 7) Hor. Sat. I, 2, 9. 8) ad 384—387 cf. Hor. Sat. II, 4, 80—84.

Rumpe moram, quid stas, quid hiantem, pessime, vexas?"
Dicit et adducto procumbit cernuus armo,
Perpetuo opperiens leti discrimina morbo.
Nam cibus inmodicus facit egrotare gulosum,
Dum certant elixa assis[1]), mansueta ferinis.
Isti cyaneo[2]) purganti flumine palmas
Astat devote villoso gausape verna[3]),
Dein nitidus malas distendit panis edaces.
Tunc quia vulgaris ventri sordet cibus albo[4]),
Aggravat ingentes patinas rombusque lupusque.[5])
Lancibus in pandis culter coclearque moratur,
Aurea blandito portantur cymbia potu,
Chia ciphum cingunt abiecto vina Falerno,
Poma refutantur non, que dat Medica tellus.
Quid loquar astantes ficta ditescere laude
Mimos[6])? hi dominis astu per verba iocosa
Plurima surripiunt etiam scalpente datore
Sinciput; exhausto decrescit copia cornu.
Alterius molles perturbat harundine Erinis
Auriculas resona, tenui volat illa susurro
Diffinditque cito cerebrum vitale volatu
Ocior ac tigris rapidis agitata molosis;
Nec tam pernici quassatur machina choro.
Tum sese in sponda vovet ut lasciva puella[7])
. . . . . . . . . . . . . . . . .

390 c. *cernius* 394 *isti* in ras. 397 *quia* in ras. 412] inter 412 et 413 lacuna indicatur intervallo unius versus interiecto. versum 413 hoc loco nothum puto quia neque antecedentibus neque sequentibus convenit, fortasse inserendus est inter 84 et 85

1) Hor. Sat. II, 2, 73 sq. 2) Prud. Psych. 858 sq. 3) Hor. Sat. II, 8, 10 sq. 4) Pers. Sat. III, 98. cf. Eupolemii C. (Cod. Dresd. Dc 171[a] fol. 24[b]) I, 519 ventremque ingurgitat album. 5) Hor. Sat. II, 2, 95. 31. cf. Eupolemii C. l. l. I, 474 rombus capream lupus ursum. 6) cf. Anselm. gesta epp. Leodiens. c. 34 (Mon. Germ. SS. VII, 208) praesulum, qui . . mimos caeterosque palatinos canes ditare contendunt. 7) Ov. Am. III, 14, 26.

[Cur in avaricia tantum plerique laborant?]
„Vellem ori dulcis blandiretur cibus, aures
Mulcerent moduli, brevis hic quia mansio nobis.
„Ve mihi“ cur dicam, si morbo non agitur, si
Turgentes papulę si torquens pleurisis absit?
Non talis mihi mens. puer, o puer ales adesto,
Scin aliquem liricum, dic, aut gnavum chitaristam
Aut qui quassa cavo concordet tympana plectro?
Scito quidem, si non mulcebit Lidius aures
Has — sed curre, ardet mea mens in amore canendi,
Ut torrela foco vel adunca cremacula igni.“
Ergo ubi disposita venit mercede iocator,
Taurinaque chelin cepit deducere theca,
Omnibus ex vicis populi currunt plateisque,
Affixisque notant oculis et murmure leni
Eminulis mimum digitis percurrere cordas,
Quas de vervecum madidis aptaverat extis,
Nuncque ipsas tenuem nunc raucum promere bombum.[1])
Si quis ab externo dimoto climate cęli,
Sol roseus vastos ubi rura per Afra vapores
Evomit, aspiret terris qua frigida clausis
Omnibus hybernas exercet zona pruinas,
Obcalletque tenax emuncto stiria naso[2]),
Secum miretur cęlum constare duabus

413—456 ediderunt Haupt l. l. p. 162 sq., Büdinger l. l. p. 35 sq. 419 c. *ignavum i* eras. 420 *casta cavo concordet tympana plectro* scripsit manus paulo iunior (M) maioribus litteris et lucidiore atramento, quae iam saepius occurret c. *casta, quassa* Haupt et Büdinger bene probabili coniectura 421 c. *multebit* corr. Haupt 422 *amore*] ante *r* littera aliqua erasa *canendi* scripsit M 423 *igni*] c. *iugi* (non *ingi* ut Büdinger l. l. p. 36 n. 7 vel *inge* Anzeiger für schweiz. Gesch. u. Altertumskunde 1868 N. 1 S. 94) Büdinger correxit, postea correcturam delevit 425 *deducere*] *deduc* in ras., primum *d* antea *s* *theca*] *heca* scr. M 428 *mimum*] *nimium* Haupt et Büdinger falso 432 c. *vastus* corr. Haupt

1) cf. Lucret. IV, 544. 2) Hor. Sat. I, 4, 8. Georg. III, 366.

Unum naturis, estate geluque trementi:
Ille fides aptans crebro diapente canoras,
Straverit ut grandem pastoris funda Goliath,
Ut simili argutus uxorem Suevulus arte
Luserit[1]), utque sagax nudaverat octo tenores
Cantus Pytagoras et quam mera vox Philomelę
Perstrepit. Interea motus clangore tubarum
Urget herus celerem calcaribus ire caballum
Per saltus, nemora et spissos caligine lucos.
Hic tilias, fagos reboare inpellit et ornos
Procerasque feras ferro sulcante trucidat,
Sed teneros pullos annexo fune domandos
Venari atque plagis vivos innectere fervet,
Ut muscis letum molitur aranea tela.[2])
Precipitique capit volucres indagine cervos,
In qua conveniunt linces, caprę, ursus aperque.
Post hęc irretit assuetos vivere rapto[3])
Accipitres pedicis et captos sepe coronat
Suppeditatque cibos tuguri clausos ut in arce
Umbrosa videat pluma candente novari.

---

[(VI.) **De invidia.**]

De viciis memorans non te, Cocytia pestis,
Transierim, invidia, te, per quam luridus anguis

---

442 c. *philomenę* 443 c. *in terea* 447 *que feras* in ras. *que feras ferro sulcante trucidat* scripsit M 449 *plagis*] *l* in ras. 452 c. *conveiuunt* 453 *rapto*] *pto* in ras. 455 c. *causos* corr. Haupt [*De invidia*] deest c., librarius titulum omisit hic eo desideratum, quia et poeta ad aliud transit argumentum et librarius primam versus 457 litteram initialem quae dicitur reddidit; titulum sumpsi e versu 458

---

1) cf. quae Haupt ad hunc locum monuit l. l. p. 163. praeterea cf. Anselm. gesta epp. Leod. c. 26 illum perfidiae accusat et fraudis Alamannicae. 2) Met. VI, 145. 3) Curt. III, 10, 9.

Arguta primos pellexit fraude parentes;
Per te Hebreorum nunc ludit pectora, libris
Ne credant propriis, Iacob patris utpote dictis:
„Sceptrum de Iuda numquam tolletur et unctus
Donec is adveniat qui demittendus ab alto est,“
Subiunxitque „et eum gentilia corda manebunt“.[1])
Sic etiam vates de Christo iunior inquit:
„Cum sanctus veniet, sanctorum desinet unguen.“
Olim namque suos reges Iudea solebat
Unguere, quod Regum liber attestatur aperte.
Ast ubi de cęlis mittendus erat genitoris
Filius excelsi, cui compar, cuique coevus
In deitate manet[2]), servilem assumere formam[3]);
Stirpis Iulee cretus de sanguine Cęsar
Augustus celsum tenuit tunc Romulidarum
Imperium, sibi qui preclarus belliger orbem
Subdidit, ipsius dono iussuque senatus
Excluso Hyrcano Iudeam sumpsit agendam
Barbarus Herodes, cuius sub tempore Christum
Catholicus populus natum de virgine credit.
En bene concordant adolescentisque senisque
Verba: Palestinis paganus prefuit arvis
Rex et inunctus, ubi rex summus ab aethere venit.
Messiam dicunt venturum. Credimus, hic non
Venit adhuc, ergo dicant: „Ubinam unctus eorum?“
Quem si non possunt ostendere, credere tandem
Incipiant Christum. De quo non hi duo tantum
Verum cunctorum cecinere oracula vatum.
Iam nunc nobiscum conpuncto pectore dicant:
Est pater, est natus, sacer una spiritus his est
Coniunctus, tres hi deus unus; num sine nato
Quis pater esse potest vel iure pater vocitari?[4])

---

468 c. *liberat* corr. M  469 c. *deçelis*  483 c. *ubi nam*

---

1) Gen. 49, 10.  2) Sedul. C. P. I, 297.  3) ib. I, 353.  4) Prud. Apoth. 180 sq.

Nonne duos libro Genealogus indidit almus
Personas quando dixit cum sulphure flammas
Depluit a domino dominus Sodomam super urbem?[1])
Hinc etiam David: deus unxit te tuus[2]), inquit
Premisitque: deus sedes tua[3]); dicit et alter:
Exulta Syon, iubila satis, en ego namque
Tecum habitaturus venio, dominus deus inquit[4]),
Et nosces quia me misit dominus deus ad te
Me dominum dominus. „Quid adhuc dubitatis, inepti,
Christum hominem atque deum venerari? Quid dubitatis
Virginis ex vulva Christum prodisse Marię?
Contra naturam qui fari iussit asellam
More hominum, intactam iussit generare puellam.“
„Quem generare?“ „Deum, per quem pater omnia fecit.
Hic est verus homo, verus deus, accipe, num sit.
Esurit et dormit, tristis dolet, hec hominis sunt.
Nunc quę sunt, adverte, dei, Iudee, retexam.
In vinum convertit aquas[5]), bibit architriclinus
Et vinum servasse bonum pincerna putatur.[6])
Siccis ceruleas plantis peragrat deus undas,
Stans panda in puppi tumidas Aquilone procellas[7])
Conterit et pelagus depulso mitigat Euro.
Piscando tota nequicquam nocte laborans
Petrus ut in verbo domini sua retia laxat,
Vix effert multo distentas pisce sagenas.
Dum pergit dominus Iayri revocare puellam
Suprema de sorte retro, bene femina credens
Accedit tangitque manu pendentia fila[8]):
Nec mora, tacta rubrum constrinxit fimbria fluxum.
Quis neget esse deum qui demones eicit et cui
Spirituum humano glomerata in carcere tetra

501 c. *exvulva* 503 c. *in tactam* 513 c. *totam*

1) Gen. 19, 24. Prud. Apoth. 316. 2) Psal. 44, 8. 3) Psal. 44, 7. 4) Zach. 9, 9. 5) Sedul. C. P. III, 4. 6) Ioh. 2, 9. 7) Aen. I, 102. 8) Sedul. C. P. III, 122.

Exclamat legio: Quid vis nos perdere, Ihesu?
Quis pulsis olidę concedit are pecus hocque
Grunnitu rauco se mergere per freta currit.
Ipsa deum plane testantur facta, duos sic
Augentem pisces, sic panes quinque sacrantem ut
Milia quina hominum saturans auferre refertos
Bis senos micis cophinos[1]) iussisset, eas ne
Sorex vel limax tardus vel talpa vorarent.
Regulus eius opem pro nato postulat egro,
Ad quem „Vade, tuus iam vivit filius,“ inquit.
Ille abit et sanum reperit quem liquerat egrum.
Hec inter pascenda cibis celestibus assunt
Agmina, conspectum speciosi visere Christi
De quo sic quondam cecinit rex atque propheta:
Gratia digna tuis diffusa est in labiis, qui
Pre pueris hominum forma pollente renides.[2])
Nonnullos Christi facies gratissima visu
Allexit, quosdam vitę doctrina perennis,
Et circumfusam videas stipare cohortem,
Sicut apes circa flores densantur in Ybla,
Suavia quando petunt thyma convolitantque gregatim
Ad cithisum, unde favos generent et dulcia mella;
Utque ferę Hyrcanis coeunt in montibus, utque
In parvis stipant formicarum agmina cellis.
Quis non estimet hoc magnum visuque stupendum
Atque deo dignum, quod Christus milia multa
Panibus ex paucis saturavit, fragmine panum
Bissenos pridem qualos et denuo septem[3])
Accumulans, qui invisibilis sine carne farina
Pavit inexhausta Sareptensem viduam atque
Inconsumpti olei[4]) non deficiente lagena[5]),
Arida frugiferis caruit quo tempore tellus

537 c. *Prepueris*

1) Prud. Apoth. 718 sq. 2) Psal. 44, 3. 3) Prud. Cath. IX, 58 sq. 4) 1 Reg. 17, 9. 5) Hor. Ep. I, 4, 11.

Imbribus? Helia sic exorante beato,
Nunc carne assumpta panes paucos benedicens
Innumeras hominum saciat turbas et ob hanc rem
Dumtaxat plures ad eum venere, sed illos
Ipse piis monitis miti de pectore sumptis
Instituit: Solam ne querite corporis escam,
Quin immo dictis vestras petitote cibari
Divinis animas; tales epulas operari
Non cessate, quibus valeatis vivere semper.
Manna patres vestri, cum per deserta mearent,
Atque coturnices deplutas aere denso
Ederunt et non potuere evadere mortem.[1]
Panis ego vivus sum quique comederit ex me,
Esuriet numquam, numquam vitalis obibit.[2]
Pani confertur domini et dilectio fratris,
Et bene, namque epulum pane est elucius omne
Et tam dulce nihil tibi torretur coquiturve.
Si modo pane cares, vilescunt fercula cuncta;
Sic si sola tibi desit dilectio Christi,
Quicquid agis, nichil est, virtus prodest tibi nulla.

---

### Explicit liber primus. Incipit secundus.

**(I.) De eo quod incarnatio Christi predicta sit in veteri testamento.**

Incipe amare deum, Iudę stirps dura! Quid a te
Prognatum refugis venerari? quippe prophetam,
Qui de gente tua surrexit, uti tibi legis

---

559 c. *solum* 562 *vivere*] *vi* in ras., ante *v s* eras. 569 c. *eluci*$^{9}$ an *exilius?* 570 *tibi torretur* in ras. 1—42 ed. Büdinger l. l. p. 33 sq. 1 c. *strips* 3 c. *degente*

---

1) Ioh. 6, 49. 2) Ioh. 6, 51.

Promisit lator, quem clausum in virginis alvum[1])
Venturum David typica ratione spopondit,
Ut pluvia in vellus descendet et ut super herbam
Ros cadet, inque eius pax aurea tempore fiet.[2])
Tunc gens queque teret reseratis ocia portis,
Vectibus amotis urbes et castra patebunt,
In toto dominabitur orbe potens et ab Indis
Extorres penitus regnabit ad usque Brittannos.
Eius in aspectu gens procidet Ęthiopum atque
Parthorum, et nullus stabit contrarius illi;
Adducent et quos spaciosus continet orbis
Reges atque duces, illi sua colla verenter
Flectent, et gentes credent in eum simul omnes.
Hoc etiam psalmus notat hic, qui proximus astat
Post sextum decimum, divina ubi vox ita fatur[3]):
Quem non cognovi, populus servire mihi atque
Auris in auditu parere libens properavit.
Sed qui filioli fuerant mihi, nunc alieni
Mentiti mihi sunt et sordibus inveterati
Omnino claudi cessare a tramite veri.
Cum domino quondam Iacob patriarcha beatus
Luctari aggressus nervo crepitante recessit
Claudus, premonstrans sub imagine carnis, Hebrei,
Errorem vestris in cordibus esse futurum.
Nam cum scripta patrum sacra vobiscum et rata vatum
Pagina luctentur, non vultis credere, Christum
Venisse, inque fide Iudeus claudicat amens.
Iam tandem fidei callem, Iudee, requirens
Christum crede tuę causa advenisse salutis,
Crede, miser, quod sit genitori filius. Aut cur

---

4 c. *Promisit* non *Amisit* ut Büd. legit 6 *vellus*] *tellus* Büd. falso 15 *verenter*] *verentes* Büd. falso 20 *Auris*] *duris* Büd. falso 22 *mihi sunt* in ras. 23 c. *atramite*

---

1) Prud. Apoth. 106. 2) Psal. 71, 6 sq. 3) Psal. 17, 44—46.

Appellas patrem, cui prolem subtrahis? Et cur
Ipse tuis libris contrarius esse videris?
Stans, ut nostra refert scriptura[1]), sub ilice Mambre[2])
Abram ad se pueros tres aspexit propiantes:
„Quis, ait, o domine, mecum tibi gratia si qua,
Pauxillum huc limphę ferri sine.“ Cum hoc ait ad tres,
Scilicet, o domine, tres est fassus manifeste,
Personas unum esse deum. „Deus est, mihi dicis,
Astra creans terram mare, non est filius illi.“
Nil credis nec enim me plus istud capit ac si
Dedalon alatum credas[3]), dextraque Promethei
Humanum fecisse genus, vel vivificatos
Deucalioneos lapides[4]) et, quicquid in hortis[5])
Plantatur Pelusiacis, divos fateare:
Abrotanum, rutam, laphatum, cepe, allia anetum[5]),
Pana deum Archadię[6]) venerere eiusque lupercal[7]),
Et fatis credas balat que corniger Hammon[8]),
Aut in Dodona fallax bachatur Apollo.“
„Quid? si concedam quod summo sit genitori
Filius, idcirco non concedo tibi quod sit
Ille incarnatus.“ „Causam dic cur?“ „Quia qui nos
Condidit et nullius eget, super omnia rex est,
Cur de celestis descendens culmine regni
Sese ergasterio carnis committeret? et cur
In mortis legem properaret vita perennis?“

---

(II.) **De eo cur Dei filius incarnari voluerit.**

Ausculta mihi, nunc rationem concipe, cur sit
Perdicio, summi si non fateare parentis
Gnatum hominem factum et genitum de carne Marię

---

44 c. *Delalon* 46 c. *Deucaliones* 51 c. *indodona*

---

1) Gen. 18, 1. 2) Prud. Dittoch. IV, 1. 3) Ov. Met. VIII, 189 sqq. 4) Ge. I, 62. 5) Iuvenal. XV, 9. 10. 6) Verg. Ecl. X, 26. 7) Aen. VIII, 343. 8) Ov. Met. V, 17.

Virginis, ut culpam lascivę tolleret Evę.
Nam legis, ut viridi duo mansere in paradiso,
Utque elusit eos serpens nequissimus, hoc est,
Demon verba vomens serpentis ab ore gravati.
Quippe gravatus erat serpens ne quid loqueretur,
Possessus norat veluti fanaticus omnis,
Demonioque omnes obsessi. Cui rudis Eva
Dicenti, per quem cavisse satis sibi posset,
Si saperet, credens edit vetitum sibi pomum,
Porrexitque viro qui captus et ipse comedit.
Et quia primus homo per lignum corruit, ipse
Per lignum reparandus erat, quantumque tumoris
Ex vicio cecidit, contrito corde redire
Instituendus erat. Namque Ypocrate docente
Morbos per paria aut contraria novimus esse
Pellendos. Hoc ęterni veniens genitoris
Filius ęternus de cęlis atque caduca
Sese carne tegens homo mansit humillimus inter
Inplacidos tumidosque homines et vivere sancte
Exemplis sanctis nos inbuit. Ut bonus omnis
Cum bonus et iustus sit, quod facit, estimet in se,
Esse parum Christus docuit cum purus et insons
Ad templum ferri voluit geminoque piari
Turture, quique facit sanctos sanctissimus ipse.[1])
Decrepiti est ulnis contrectari Simeonis
Dignatus verbisque sacris ab eo benedici.[2])
Utque suos sancto vereatur amore parentes
Quisque, suis dominus subiectus erat.[3]) Sed et ut nos
Per fontis lavacrum sacrati sive salubrem
Per cordis gemitum mundandos esse doceret,
Ipse vir annorum triginta venit ad undam
Iordanis subiitque manus felicis amici[4]),

---

87 *Dignatus*] *D* scripsit M 90 c. *Perfontis*

---

1) Luc. 2, 24. 2) Luc. 2, 25 sq. 3) Luc. 2, 51.
4) Luc. 3, 21. 23.

Quem strophio donavit ovis, pavere locuste.
Quo baptizatus detersit crimina nostra,
Ipse carens menda nec peccato oblitus ullo.
Quin et ab hoste volens temptari nos docuit, ne,
Temptamur quociens, dicioni subiaceamus
Temptantis, sed ab illicitis desideriis nos
Flectentes illum pellamus pectore forti.
Ipse etiam quo nos humiles faceretque benignos,
Qui solo poterat nutu necuisse malignos,
Saxa malignorum fugiens se abscondit ab illis;
Discipulisque pedes doctor bonus abluit unda
In pelvim missa nec Iudam excepit iniquum;
Hunc quoque convivam pius inque parapside secum
Tingere non rennuit digitos, patientia mira!
Post hęc a vobis summi patris hostia sese
In cruce permisit perimi. caput, inpie, quid nunc
Quassas[1]), nempe cruor te credere non sinit eius?
„Cedo.“ Tui quando Pharium fugere tyrannum,
Morsibus infestas prius evitare cerastas
Num potuere patres, quam serpentem ęre politum
In cruce prefixit ductor? Sic nemo licebit
Alter erat Moyses, evadere quivit eos, qui
Pulsi de superis habitant latebrosa chelidri,
Donec plectendum se tradidit in cruce Christus.
Utque olim Iezi baculo revocare magistri,
Quem sibi defunctum Sunamitis femina planxit
Non potuit puerum, donec vates Heliseus
Vivificavit eum[2]), sic vestrae virgula legis
Non valuit salvare homines sub lege manentes,
Donec iter faciens animę custos quadriformis
Nostra coaptavit sibi membra deus stabuloque
Inpositum moriens hominem de clade levavit
Seminecem, septena sui munuscula flatus

---

106 c. *con vivam* 110 c. *Quassans*

---

1) Prud. Apoth. 576 sq. 2) 4 Reg. 4, 25.

Curato tribuens. Hoc quisquis credere non vult,
Nil a vittatis senibus distare potest, qui
Liba ferunt turpi et sinum cum lacte Priapo,
Alcidę Bromioque litant Ianoque bifronti[1])
Et tibi, qui vaccas Admeti, o Cinthie, pascis.[2])
„Credere non possum, fabricę quod conditor omnis
Cęli, terrarum, maris et quecunque in eis sunt,
Femineam intraret matricem carne gravandus.
Nempe mei similem, non abnuo, gignere natum
Morti subiectum peccatoremque marito
Mixta suo potuit tua tam preciosa Maria.
Filius ille dei[3]) proprius mage non fuit ac tu
Aut ego.“ „Quid mihi vis illudere, callida vulpes?“
„Si vis proficere, de nostris conice libris:
Dic, habeatur ubi, quod amena palatia cęli
Qui regit et Sabaoth vocitatur, factus homo sit!
Quod mihi si certa scriptum ratione probabis,
Ad tua, ni fallor, poteris me cogere sacra,
Et via celsus Athos erit, et segetes dabit Ahtlas.“

---

### (III.) Confirmatio incarnationis dominice ex prophetarum testimonio.

„Fiat ut optasti; litem conferre tuorum
Aggrediar patrum de libris. Psalterium qui
Composuit, regem David dixisse negare
Non potes, ad callem currendum more gigantis[4]);
Exultavit et a summis egressio celis
Illius et rursum summam est occursus ad arcem.
Et non est homo qui se subtrahat eius ab estu.“

---

128 *avitatis* *t* superscr. M    139 c. *callada* corr. M
150 *celis* scripsit M (*ct* ante eras.)

---

1) Prud. in Sym. I, 226. 131. 233. 2) Ov. Amat. II, 239.
3) Prud. Apoth. 135. 4) Psal. 18, 6 sq.

„Non nego.“ „Quandoquidem consentis, altius illud
Scrutemur, licet hoc tibi sit nichil et videatur
Vile. Gigas terra genitus sermone Pelasgo
Dicitur. Et quando pepulit de sede virenti,
Ne vitę de ligno esset, quod flammea nunc et
Anceps custodit romphea[1]) vetatque nocentes
Aspirare, reum deus Adam, sic ait illi:
Terra es et in terram solvendus es; en homo terra
Dicitur, inde gigas salvator nomen habet, quod
Filius est hominis[2]) super omnes; arbiter ipse
Nonnullos differt sontes multosque flagellat,
Ut convertantur; neutra flexis pietate
Ipse vices equa reddet quandoque statera.
En optata tenes, vati modo credere si vis!
Idem duricię vestrę non inscius huius
„Numquid“ ait „dicet Sion homo? natus in illa est
Hic homo, pre cunctis celsus fundaverat ipsam;“
Ac si dixisset „numquid Iudea fateri
Sponte volet, quod concipiens de pneumate sacro
Intemerata suum generavit filia patrem“
Partem pro toto posuit; Iudee etenim pars
Est Syon, quondam Iudae fuit, modo non est.
Tunc habitatorum sortita est patria nomen;
Illam proselitus populus nunc incolit, ex quo
Infandos Titus huc illuc dispersit Hebreos,
Infandos, quia natum ex se Christum necuere.
Factori servire suo quicumque recusat,
Mancipium domini merito fit deterioris.
Accipe quod Christi mortem scripturus Ysaias
Dixerit, o heremi, quis dictis credidit almis
Aut consensit eis, quę nos percepimus a te?[3])

---

162 *rbiter ipse* scripsit M (primum *r* in ras.) 167 c. *in scius* 170—177 ed Büdinger l. l. p. 17 172 c. *In temerata* 174 c. *iudā* 183 c. *ate*

---

1) Eccli. 21, 4. 2) Prud. Apoth. 171. 3) Isai. 53, 1.

Atque quibusdam interpositis, quę tota referre
Non opus est, sub persona patris addidit ista[1]):
Stravi grande mei populi propter scelus illum.
Hic pro morte sua penis tradet locupletem,
Proque sepultura dabit ignibus inpietatem
Quatenus in mundo degens non egit inique;
Nec dolus est ullus sacro eius in ore repertus.
Cui non est fraus ulla, deum fateamur oportet,
Nam rex et vates David testatur aperte,
Quod gnatos hominum de siderea deus aula
Contemplans omnes ivisse per avia vidit.[2])
Idem alibi affirmat, quia mendax omnis homo sit[3]);
Ergo qui numquam declinavit, deus apte est.
Quod sit homo constat, qui sevos sustinet ictus,
Nam res nulla potest cedi nisi corporea, ergo
Est deus est et homo; sed iunctus homo deitati
Non peccat, quia non culpam deitas capit ullam,
Nec lux admittit pallentes vera tenebras.
Hinc se per quendam de se deus ipse prophetam
Inquit: „Ego dominus non commutabor in evum.“[4])
Hinc quoque sumptus aqua vester dux filius Ambrę,
Quem deus archano legitur mandasse sepulchro,
Iustus, ait, deus est, rectus merus atque fidelis.[5])
Factus homo deus est, nec ob hoc a limite veri
Discessit, namque est vir de quo psalmographus sic
Libri in principio vir felicissimus infit:
„Qui se consilio non miscuit inpietatis
Inque via peccatorum non substitit inque
Pestifera non est visus sedisse cathedra.“[6])
Hęc si tu sic esse negas, simularis eis qui
Naiades, Driades, Nimphas Satirosque verentur.

---

184 *in terpositis* 193 c. *desiderea* 194 c. *cōpemplans*
199 *et* adiecit M 207 c. *alimite*

---

1) Iesai. 53, 8. 9. 2) Psal. 13, 2. 3. 3) Psal. 61, 10.
4) Malac. 3, 6. 5) Deut. 32, 4. 6) Psal. 1, 1.

Cur adamante tuum cor durius esse videtur?
Non stirps est de rupe tibi[1]), non te peperere
Ismarus aut Rodope[2]), tu vere germinis almi
Progenies, nec adulor in hoc; gens dura, memento,
Qui quondam fuerint abavi tibi quique parentes
Ante dies, quibus in terras descendit ab alto
Omnipotens et pro nobis verbum caro factum est![3])
Verbum quo genitor firmavit celica summus,
Hoc verbum deus est, hoc et sapientia summi,
Que se in principio natam anteque tempora cuncta
Affirmat de patre deo genitamque, prius quam
Luciferum faceret, montes et stagna crearet,
Et se presentem, cum conderet astra, fuisse
Cumque parente suo sese omnia conposuisse.
Filius hoc domini est, quem natum in tempore scimus
In mundum, verum penes eternum genitorem
Ante satum quam lux fieret seu tristis abyssus.
Illud Micheas bene pertractans ait: Et tu,
Bethlem, parva quidem Iudęę in milibus es tu,
Et tamen, Israhel qui presit, prodiet ex te,
Primevosque dies egressus prevenit evis.“[4])
„Quando tuum non credo deum cum non pereo mox?“
„Ulcio currentem capiet claudo pede sontem.
Num, miser, ignoras quod rex Babilonius inquit,
Quando tres pueros tepida in fornace vagari
Vidit: Nonne viros in furnum misimus amplum
Tres tantum, o proceres? „Tres, princeps optime, tantum.“
En ego non iam tres sed quatuor ire potenter
Huc illuc video flamma cedente, deique
Quartus non dubia portendit imagine natum.

---

215 c. *ad amante* *videntur* 216 c. *strips* corr. M 222 *Verbum*] *ū* adiecit M 226 *stagna crearet* scr. M 229 *scimus* scr. M 233 *Bethlem*] *lem* in ras. scripsit M c. *estu* 239 *Quando*] *ando* scr. M

---

1) Aen. IV, 366 sq. 2) Ecl. VI, 30. 3) Ioh. 1, 14. Sedul. C. P. II, 43. 4) Mich. 5, 1.

Sydrac, et qui sunt tecum servi omnipotentis,
Ocius ite foras, magnus vester deus est et
Filius eius, eisque potest obsistere nullus.[1])
Dixit et inmani iussit clamore silere
Diversos strepitus, sambucas, organa, sistra.[2])
Ipse eciam in somnis, dictu mirabile, vidit
Scilicet absque manu lapidem de monte recisum.[3])
Quid fuit hoc, nisi quod de vestrae stirpis alumpna
Messias satus est sine crimine concubitoris.
Hic lapis est quondam reiectus ab edificantum
Insensatorum manibus, nunc angulus illum
In capite ostentat pariesque coheret eidem
Parte ab utraque.“ „Quid hoc sibi vult?“ „Nisi quod reprobatus
Gentibus est olim, sed nunc compago duorum
Sedis in etherę muro dominus populorum;
Iudeis etenim gentes coniunxit amicas.
Hinc est quod catus hoc Barachie filius[4]) infit:
Exulta Syon, tuus ecce tibi veniet rex,
Pauper eumque rudens ad te gestabit asellus,
Gentibus optatam pacem pius ipse loquetur.
Occasus quid habet, quid in eois manet arvis
Oceanusque ingens circumfluit, hoc regit ipse[5]);
Et quod non solum lapsura regat, sed et illis
Que sine fine manent[6]), nec torpor detinet ullus.
Presit, si dubitas, stipulare librum Danielis;
Inquid enim: Vidi per visum noctis, et ecce
Spectanti nubes hominis quasi filius est mi
Visus; is antiquum pervenit ad usque dierum,
Cuius in aspectu nequam gens obtulit illum

---

246 c. *ire* 252 *rpis alumpna* scr. M, *r* in ras. 266. c. *in gens*

---

1) Dan. 3, 24. 91—95. cf. Prud. Apoth. 129—146. 2) Prud. Apoth. 147. 148. 3) Dan. 2, 34. 4) Zach. 1, 1. 5) Zach. 9, 9. 10. 6) Sedul. C. P. II, 66.

Sed pater omnipotens, a quo processerat ipse,
Magnificavit eum regnoque et honoribus amplis
Sic ut ei populi, quos orbis continet atque
Cum tribubus lingu̧e famulentur sitque potestas
Eius in eternum regnetque perenniter ipse.[1])

---

### (IV.) Quod ineluctabilis sit Iudeorum duricia.

Sed quid tot prodest exempla inducere? Dudum
Os obpilassem[2]) de vobis, ni moveat me,
Quod lusor dubio prodens absistere pirgo
Non vult nec dubitat, dum perdit, perdere multum.
Sic nec me quamvis que vobis scriptito perdam
Perdere plura piget; sed me nisi opinio fallat,
Veros ob monitus vestrarum in sede domorum
Nec rubrica meum nomen nec creta figuram
Exprimet, immo niger nigrum me carbo notabit.[3])
Fors et risus ero vobis et fabula, quippe[4])
Utile suadentem, qui non sapit, efferus odit,
Assentatores[5]) ut veros stultus amicos
Diligit; hoc animas vicium ligat, hoc procul absit
Doctorum a lingua qui presunt ȩcclesiȩ, nam
Qui favet aptato pede non est mundior illo
Qui crus denudat detracto tergore, sicque
Non minus est turpis qui consentit facienti
Turpia, quam faciens. Quocirca dummodo vera
Suadeat et doceat, stulti non cesset ob iram
Doctior, hoc dominus vult, hoc se velle notavit,
Quando ait Ezechiel: „Pecccantem corripe, quo te

279 c. *prođe* 292 c. *alingua* 294 c. *de nudat*
298 *notavit*] *vit* (*v* prius *b*) adiecit M

1) Dan. 9, 13. 14. 2) Psal. 106, 42. 3) Hor. Sat. II, 3, 246 et schol. Acron. Pers. Sat. V, 90. 108. 4) Hor. Ep. I, 13, 9. 5) Hor. Ep. II, 3, 420.

Illicitas pravasque vias monitore relinquat;
Quod si te non audierit, certe ipse peribit.“
At pro doctrina merces dabitur tibi digna.
„Hoc, quantum valeo, sequor, est etenim mihi curę,
Ne quem commisit dominus mihi mantica[1]) censum
Servet inutiliter.“ „Nauci tua verba videntur,
Nam solet esse tibi sus qui non ruminat escas
Nec cum lactucis agrestibus azima sumas
Nec mactes agnum. Gens inproba, gens peritura,
Littera te perimit! Nos vitę spiritus aptat.
Que tu carne colis, nos mente. Quid obicis agno,
Insignem postquam cunctis virtutibus agnum
In cruce mactasti Christum? Non proderit ultra
Tingere vestibulum seu postes sanguine cęsi
Agniculi[2]) niveę vestiti vellere lanę.
Ire per ambages multas exemplaque patrum
Plura queam; nisi quod fabellam dicere surdo[3])
Nil iuvat; Helchia satus[4]) ista profecto notavit
Cum de duricia vestra indignatus ait[5]): Si
Horibilis nigram Maurus deponere pellem
Aut pardus varios valet inmutare colores,
Certe ego confiteor, vos recte vivere posse,
Cum sit precipuum studium male discere vobis.
Et rursum brutis vos esse minus sapientes
Conquestus summi sub persona patris inquit[6]):
Cum turtur milvusque rapax sua tempora norunt,
Adventusque sui peregrina ciconia servet
Tempus, quęque hominum est convictrix, mitis hirundo,
Iudicium domini nescit populus meus. Illud
Urbanis dictis proles eciam notat Amos[7]):

---

301 *audierit — peribit* scr. M 307 c. *esca* 310 c. *agnum* fortasse propter exitum sequentis versus 318 c. *deduricia* 323—367 ed. Herschel l. l. p. 110 sq. 329 *Amos*] prius *annos*

---

1) cf. Hor. Sat. I, 6, 106. 2) Prud. Apoth. 352. 3) Hor. Ep. II, 1, 199 sq. 4) Ierem. 1, 1. 5) Ierem. 13, 23. 6) Ierem. 8, 7. 7) Iesai. 1, 1.

Cęli audite et humus, quid vestri dixerit auctor:
Filiolos ego nutrivi fecique potentes,
Econtra ingratis ego sum contemptus ab illis;
Bos asinusque sui domini presepia norunt,
At populus meus Israhel me scire recusat.[1])
„Qui bos aut asinus?“ „gens Christo credula nunc, sed
Dedita sacrilegis fanorum cultibus olim.
Parnasus Phebo statuit sacra, Tracia Marti,
Gnosiades coluere bovem Mynoida[2]), laudes
Latranti cecinit populus Memphitis Anubi[3]),
Deprensę Veneri Paphos, oblatisque corimbis
Boecię Bacho celebrarunt orgia gentes,
Teutonici humanum Diti fudere cruorem,
Eneas Asię post diruta Pergama ab oris
Ausoniam veniens Vestam attulit atque penates
Iliacis raptos ex ignibus[4]), is Tyberina
Stagna et Aventini iocunda cacumina collis[5])
Religione coli magna docuit; Numa post hunc
Auguria et sortes et Tessala carmina, ut aiunt[6]),
Instituit primus Romę, cuius pronepotes
Innumeras divum sibimet finxere catervas.
Inter quos multas habuit Thirintius aras
Gerionem stravit, cessit quoque Cerberus illi,
Antheum, ut fertur, necuit Cacum quoque et ydram
Et quot virtutes gessit, tot energima cepit.
Flaminibus curę pulvillos atque tapetas
Sternere, qua gybsum[7]) statuit Iovis[8]) et Citherey
Et segnes tenui fucos arcere[9]) flabello,

341 *orgia*] inter *r* et *g* littera *b* ut videtur erasa 344 c. *at tulit* 347 *Religione*] alterum *e* prius *i* 351 *multos* Herschel falso 354 c. *energia,* cf. Prud. Apoth. 400 357 c. *sucos* ita Herschel

1) Iesai. 1, 2. 3. 2) Amat. I, 290. 293. 3) Prud. Apoth. 196. 4) Aen. V, 743—745. 5) Aen. VII, 659. 6) cf. Flor. I, 2. Prud. Apoth. 477 sq. 7) cf. Prud. Apoth. 458. 486 sq. 8) cf. Eupolemii Carm. (Cod. Dresd. Dc. 171[a] fol. 23[b]) I, 460 Iovis gypsum. 9) Georg. IV, 168. Aen. I, 435.

Qua levis podex[1]) omentaque feda iacebant;
Menades astabant, hęc compta monilibus aureis[2]),
Illa periscelidas iactans, hec molle theristrum[3]),
Clamabantque simul salientes Euhion! Euhoe![4])
Quid vel Thesiphonem vel manes persequar atros?[5])
Quidve Memallonides verbena et cespite cultas?
Tales ob ritus gens quondam bruta vocata
Nunc quoniam Christum colit orthodoxa vocatur.
Sed quia tu Christum, Iudee miserrime, non vis
Credere, credentes te spernunt, Christus et ipse."
„Vis hominem esse deum credam; sed non licet, et quid,
Dic mihi, tale egit natus genitrice Maria
Credendus quod sit deus?" „Hoc describere plenę
Nemo valet, tamen ex multis paucissima pandam:
Sanat filiolam Phenissę, ydropica membra
Deplet, et incolomem dat centurionis alumnum[6]),
Curvatosque diu longum terrena videntis
Ecclesię in formam muliebres erigit artus.[7])
Est Hierosolimis piscina probatica quinque
Porticibus discreta, salus ibi certa fit egris.[8])
Hic cernens hominem triginta octoque per annos
Languentem Christus, solidatis precipit illum
Surgere membrorum compagibus atque grabato
Sublato repedare domum monet; otius ille
Surgit et exultans vacuum cubitale reportat.[9])
Hoc prope piscinam gestum est. Prudentius[10]) ipsam

---

363 *Memollonides*] Herschel 366 *quia*] prius *que* 370 *quod*] prius *quid* 372 *Sane*] *S* paene initialis litterae proceritatem habet eoque fortasse titulus novi capitis supplendus est in hunc morem: *De eo quod Christus deus credendus sit* vel alias 374 an *videntes*?

---

1) Iuvenal. II, 12. 2) Aen. VII, 278. 3) cf. Hor. Ep. I, 17, 56 et schol. Acron. 4) Pers. I, 102. 5) Hor. Sat. I, 8, 29. 33 sq. 6) Marc. 7, 26 sq. Luc. 14, 2. Matth. 8, 5 sq. 7) Luc. 13, 11 sq. 8) Ioh. 5, 2. 9) Ioh. 5, 5—9. 10) Prud. Apoth. 680. Dittoch. 33.

m esse putat, variis ebullit in horis.
undam tantum solita exsudare salubrem
:ęlestis eo demittitur angelus, illic
ı captivę quovis languore catervę
ıiunt et arenoso sub margine stipant
ıaturum laticem de pumice sicco
ant avidi, quia qui descendit in undam
et abluitur sua membra scatente procella,
..spes abscedit gaudetque adiisse lacunam.[1])
Huc cęcum natum Iesus direxit ut inde
Squalentes oculos sputisque lutoque lavaret.
It, lavat atque ubi dat prius ignotam sibi lucem[2]),
Esse deum constat, qui cecos lumine donat,
Extinguit febres, lepram fugat, expedit aures,
Surdorum gratoque frui dat famine mutos,
Vivificat loculis inposta cadavera mestis,
Nec solum loculis sed et in tellure reclusos
Evocat, et verbo vacuat latebrosa sepulcra.
Bethania hoc novit[3]), qua Lazarus in monumento
Bis duo pene dies exegerat abditus et iam
Rancidus in cinerem dissolvere ceperat artus.
Accedit deus omnipotens et nomen amati
Ingenti clamore ciet[4]), redit ille.[5]) Quis ultra
Ambigat esse deum, per quem tot signa fiebant?
Quid dicis, Iudee, modo, vis cedere vel nunc?
Non te permittit cor saxo durius. Atqui
Quo nil durius est, lapidem mollis cavat unda[6]),
Malleus excudit duris de cotibus ignes[7]),
Scintillatque silex duro calibe icta frequenter[8]),
Cum neque te sermo valeat perfringere blandus,
Ut credas dominum Christum, nec torva minarum

---

390 c. *descenditit it* eras.

---

1) Ioh. 5, 3. 4. Prud. Apoth. 683 sq. 2) Prud. Dittoch. 33. Apoth. 675. 687 sq. 698 sq. 3) Ioh. 11, 1. 4) Georg. III, 43. 5) Ioh. 11, 17. 41. 44. 6) Ov. Pont. IV, 10, 5. 7) Verg. Ecl. VIII, 43. 8) Aen. I, 174.

3*

Asperitas de te queat ullum extrudere fructum.
Nonne miser legis in psalmo? forsan legis et non
Attendis dominum dulcem rectumque vocatum?“[1])
„Cui dulcem?“ „Qui divertit de limite pravo,
Qui Christum credit sacroque lavatur in amni
Et legem domini meditatur nocte dieque.“
„Cui rectum?“ „Qui nequicia resipiscere non vult,
Inque sua minime trepidat persistere sorde;
Inveniet quod querit homo; nam qui bona querit
Inveniet bona, nec mala deerunt qui mala quęrit.
Quem mactare iuvat tot tauros totque bidentes,
Ipsum te Christo mactes, cui victima nulla
Gratior offertur quam spiritus est tribulatus.[2])
Quod si in duricia districti iudicis atrum
Exspectare diem, quam te convertere mavis,
Non te grex ovium capiet, iungeris ad hedos,
Ignibus eternis qui sunt sine fine cremandi.
Tunc „heu me miserum“ dices, sed nil valet, illum
Clamorem dominus non percipiet, sed ut olim
Virginibus fatuis sponsus „te nescio“ dicet.“[3])
„Nil minus hoc vereor, nam vivo rectius actu.“
„Fallere! quicquid agit stultus laudabile censet.
Quam felix esses si te cognoscere velles,
Si velles animo perpendere veneris unde,
Tendere si summam velles properanter ad aulam!
Silvis innatam volucrem doctus capit auceps[4])
Glutine et includit caveę[5]), subponit et escas:
Que si forte nemus videt, unguibus improba curvis
Conculcat micas et ticiat anxia silvas.
Dum leo mansuescit Libicus, sufferre magistri
Verbera non renuit iussisque obtemperat eius:

---

416 c. *spalmo* 425 c. *Qui* 445 c. *rennuit* alterum *n* eras.

---

1) Psal. 24, 8. 2) Psal. 50, 19. 3) Matth. 25, 12. 4) Disticha Catonis I, 27, 2. 5) Ov. Ibis 519.

Qui si desueto gustaverit ore cruorem[1]),
Nec tutus dux ipse manet. Si pascere temptes
Pane lupum, tandem perdes operam: Magis agno
Querit et anseribus pasci. Si denique tollas
Inque sinu foveas languentem algore colubrum,
Mox ubi fit calidus, cauda te perfidus angit.
Naturam servare suam norunt animata
Cetera, solus homo quis sit non vult meminisse.
Hęc ad Iudeos dixisse sat est, neque enim istud
Tantillum surdi curant attendere, namque
Ut supra dixi, sic pectora ludit eorum
Antiquus serpens, ut prave vivere malint;
Hocce per invidiam facit ut, quia concidit ipse
De superis per fastum et apostata semper in igne est,
Arsurus plures habeat socios cruciatus.
Nam contentus eis non est, quos iusta tonantis
Depulit ira polo, quia consensere magistro:
Demonas appellant, hi toto quicquid in orbe
Patratur sceleris suadent et tela furoris
Suppeditant, fraternum odium, civilia bella,
Prestigium, fraudes, periuria, furta, rapinas;
Sensibus illudunt[2]) hominum, numquamque fideles
Absistunt a calle boni seducere mentes.
Concessum tamen his non est penetralia cordis
Rimari[3]), sed dum deluso pectore sensus,
Gustus, odoratus, auditus, visio, tactus
Blandicias sese iaculantur ad exteriores,
Experti cordis tali oblectamine somnum
Adveniunt ceptumque malum perducere temptant.
Horum sunt socii quos invidię scelerosa
Est bilis. Mordax bona dissipat omnia livor.

---

458 *ut*] prima littera velut *x* scribi coepit    475 c. *qͦuos*

---

1) Aen. X, 349.    2) 466 sq. e Alcimi Av. C. V, 472 sq.
3) Iuvenc. hist. ev. IV, 7. cf. Prud. Hamart. 542.

### (V.) De invidia hominum in homines.

Quid struis, invidia? Cur illaquęas homines tot?
Cur tot ad umbrosum mortales dirigis Orcum?
Tu quondam in fratrem movisti brachia Cain,
Quod deus, ut ferri mavult sibi viva, maniplo
Agnum preposuit. Tabescis honore propinqui
Sed neque germano congavisura potenti.
Indignare, reor, quod quisquam te viciorum
Appellet minimam; doleas hinc, dissere, nec ne.
„Non equidem extremis cuneos ad prelia signis
Me ductare decet nec tela levissima mi sunt.
Quid virtutis habent tumor et lascivia in te,
Quamve levis stragem balista libidinis infert
Sola anima fusa, cum ego possim deicere ambo?
Cunctas carnales queo sordes vincere fidam
Preter avariciam: cur ergo novissima, cur, sim?“
Hac inflammatus furia quicumque lacerna
Nobilium texta precioso stamine Serum
Primatem splendere videt, deflectit ocellos
Tamquam de foveis, ubi mingitur atque cacatur[1]),
Vestiri satrapas vulgari canabe malens.
Sic frater fratrem susceptum patre nepotem
Indutumque stola rodens convivia sprevit.
Quem semel apprendit, facit hunc marcescere livor
Ac linguam morsu commotę more liciscę
Debilitare truci. Viso pollente propinquo
Qui pasci artocreis[2]) velit apto pollice tortis
Murenis dulcique scaro[3]) mulloque trilibri[4])

---

483 *quod*] c. *quo* 484 *ne* scripsit M 486 *sunt* scripsit M 487 *ascivia in te* scripsit M 490 *fidam*] c. *sordes* corr. M 492—533 ed. Herschel l. l. p. 111 sq., Büdinger l. l. p. 19 n. 59 495 *ubi*] c. *ibi* corr. Büd. c. *catatur* 496 *vulgari*] *i* prius *e* 503 *trilibri*] antea *tibi libri*

---

1) Hor. Sat. I, 8, 38. 2) Pers. VI, 50. 3) Hor. Epod 50 et schol. Acron. 4) Hor. Sat. II, 2, 22. 33 sq.

Et rigida ex auro pretexta infringere corpus,
Inspicit hunc livens privignum ut iniqua noverca,
Ut murem cattus, mustela trucem basiliscum.[1])
Verum precipue hoc liventem quemque fatigat,
Quod quemquam cernit sese virtute priorem
Facundum, lenem, lepidum simul atque facetum.
Et cum vulgi levis parvipendentibus ipse
Sit populis, plaudens quam dat plebecula[2]), laudi
Invidet alterius. Fęno canis incubat acer
Inde boum rictus admotis morsibus arcet
Bubus, non capiens quod sumere non potis ipse est.
Invidus infamis populique peripsima[3]) cum sit,
Quem non ipse meret, cruciatur honore alieno.
Quid de pauperibus sublatis stercore dicam?
Hos detestatur sandice crocoque decorus[4])
Emulus, ut frater fratrem pro se benedictum,
Utque viri Ioadem prope ripam Adaris reprobati,
Arcessitque pares et nunc hiat iste remisse:
„Dicite nunc socii, cur me non vellicet, ohe!
Quod video illum illum tergo pernicis igene
Et lena viridi iocunda obducere membra,
Quem caprę turpis membrana prius decoravit?
Nunc quos eiectos huc dira Sicambria mittit,
Aut qui deseruit longinquę menia Thilę,
Seu fullo est aut phyltra[5]) parat seu saxifrice vi
Elicit urinam mordentem membra pudenda et
Marrubio tussim scabiemque celidonia aufert[6]):
Huc veniat, mox ut fungus[7]) surgit vel hibiscus,

---

512 c. *In videt* 515 c. *In vidus in famis* 518 *decorus*] antea *decoros* 519 *edictum* adi. M 521 *nc hiat iste remisse* scripsit M in ras. 523 *illum tergo pernicis igene* scr. M 530 c. *Marrubrio*

---

1) Plin. VIII, 21, 33. 2) Hor. Ep. II, 1, 186. 3) 1 Cor. 4, 13. 4) Ecl. IV, 44 sq. 5) Iuvenal. VI, 611. 6) cf. Pseudo-Apul. de medic. herbarum 46, 1. 73, 1 (Seren. Sammon. 298. 693). 7) Plaut. Bacch. 821.

Predia dantur ei, fasces alteque curules.
Is nos indigenos deridet agitque retrorsum.
Fibula quanta, pape, quis nectit[1]) pallia clavus
Istius ignoti, patria qui nescio de qua
Huc macer et nudus venit; quod non bene vertat!
Sed vos quid tanto cessatis symbola questu
Addere vel seriem mihi suggessisse diserti?"
Hec iactando caput male fido pectore quassat[2])
Arvinam tenuans evanescente colore.

---

### (VI.) De discordia et ira et quam utilis sit penitencia.

Te quoque subsidium diro furialibus armis[3])
Murmure non dubium est, discordia, ferre, bilinguis,
Officiumque tibi concinnum rumpere fedus
Et suadere dolos, convicia, sediciones.
Alchimus effecit, Numidę[4]) quod more Nicanor
Federa que pepigit cum Iuda discidit acer.[5])
Sepe eciam discors dat munera pro nece fratris,
Ut Capitolinus mercede data Menelaus
Prodidit egregium mortique asscripsit Oniam.[6])
Sic et detractor — nichil infelicius illo —
Inter germanos rixam serit atque propinquos.
Nos tamen ad vocem talis cuiuslibet ambas
Auriculas quid ni causas subrepere ovantes
Litigii arrigimus? sed ter narrasse citanti
Non satis est, instat rabido duplicatque furorem
Ut si quando olidam nebulosi fornicis orcam[7])
Obsceni subiere sues et feda cloacę

---

538 c. *suggississe* corr. M, *isse diserti* scr. M 545 versus minime mutilus est ut Büdinger l. l. p. 10 n. 25 putat 549 c. *assipsit* corr. M *Oniam* scr. M 553 c. *sub repere*

---

1) Aen. IV, 139. 2) cf. II, 109 sq. 3) Ov. Met. VI, 591. 4) i. e. Iugurthae. 5) 1 Macc. 7, 5—30. 6) 2 Macc. 4, 23—34. 7) cf. Hor. Sat. II, 4, 66.

Stercora verrentes halantem auxere mefitim[1]):
Sic patris Achitofel natique diremit amorem.[2])
Possem, ni pigeat gravitasque inamabilis acti
Elinguem faciat, bachantis iurgia multa
Eumenidis memorare, leves quibus incitat aures.
Sed reticere decet non certe cognita, nam nec
Pectora nota hominum sunt nec precordia nobis.
Nil ignoranti linquamus operta tonanti,
Et temere incerta de re non iudicet ullus.
Pauca ut homo memini, nam soli plurima nosse
Convenit excelso, cordis penetralia solus
Perspicit[3]) et rimas et non eget indice quoquam,
Sacrilegus coram quo non queet inficiari
Crimina, que medico vivens nudare fideli
Erubuit, linquitque suam putrescere plagam.
Ira citus furor est[4]), qua dum quis frendet ut ovis
Lexiva admixtis spumat revomitque salivas,
Alcior assurgit mordaci gutture struma,
Tunc iratus agit subito limphando furore
Quod fecisse pudet, quod penitet ilico factum
Frustra, nam factum nequid infectum fieri; sed
Sic confert quoniam venia conpunctio cordis
Non caret erga homines atque equum cęlipotentem.
Taliter Ysiades[5]) letum delevit Urię.[6])
Desperare nocet: vidit Samarie regi
Dilectum calvi renuentem dicta prophetę
Calcatum in portis miseranda morte perire.[7])
Nullus desperet: cum verba salutifer ore
Dixerit ista deus, non quero desipientis

---

558 c. *mesitim* 563 *Sed*] c. *C* corr. M c. *cert&* 574 c. *ad mixtis* 577 *pudet* in ras. 583 c. *rennuentem* primum *n* eras. 586 an *queror*?

---

1) Pers. III, 99. Aen. VII, 84. 2) 2 Reg. 15, 1 3) Iuvenc. hist. ev. IV, 7. 4) Hor. Ep. I, 2, 62. 5) I 4, 22. 6) 2 Reg. 11, 17. 12, 13. 7) 4 Reg. 7, 2. 17.

Interitum. Pravo divertas tramite malo.
Saulus ab erroris discessit calle Damasci
Sedavitque strophas.[1]) Tuscorum et Cecropidarum
Stoica cessit ei plebs atque academica secta.[2])
Hinc quoque Christus ait celorum clavigero, quem
Victa morte sibi statuit fidum opilionem,
Petro de venia percontanti tribuenda,
Gratia num venię ter danda quaterque propinquis[3]):
„Non tantum tibi, Petre, modo dimittere fratri
Indico vicibus septem, cum exorbitat, immo
Undecies septem volo conservare memor sis.[4])
Preterea vos qui spe desperando superna
Despicitis, quos et vecors inscitia Christi
Efficit inmemores, audite, precor, quod in aures
Instillante deo libuit dispergere vestras.[5])
Est prope Sydonias urbs nomine Biritus horas[6])
Nec longinqua Tyro, sancita lege tributum
Urbis sceptrigero persolvens Antiochenę.
Hic sacre quidam purgamine mundus aquai
— Pauper quando sitit, non aurea pocula querit —
Exile hospicium precio mercatus, in illo
Effigiem Iesu lecti propter stacionem
Fixit et archanos studuit ructare precatus.
Post hec diviciis undantibus arta potenti
Provectoque viro casa pro minimo fuit, ut fit.
Stultus et inconstans inhiat quod non habet; hoc si
Detur ei, spernat; dominus quoque sive magister
Suspectus presens bonus est et strennuus absens.
Mox utensilibus maiora ad męnia raptis
Inmemor excessit solius virginis[7]); hoc sic

589 c. *cetropidarum* 593 c. *devenia* 603 c. *sanctita*

1) Acta ap. 9, 3. 19. 2) Acta ap. 17, 18. 3) Matth. 18, 21. 4) Matth. 18, 22. 5) Miraculum sanguinis domini Berytense apud Mansi nova conciliorum collectio XIII, 23—30. 6) i. e. oras. 7) i. e. crucifixi.

Disponente deo. Dein contigit ut vacuati
Desertique laris pudibunda in parte minutus
Possessor fieret Iudeus; non tamen ille
Continuo formam procul in caligine fixam
Norat et occultam minime speculamen[1]) ad illam
Torserat; et dudum forsan non visa lateret,
Ni par eiusdem semel invitatus ab ipso
Omnia perlustrans latitantem cerneret illam
„Ilicet“ erumpens, „unus de Christicolis es
Et nos fallis“ ait. Quo magna negante sodales
Ad cameram ille suos qua stabat forma coegit,
Primus in arreptam festinans inpete vasto.
Hinc hilares alii renovare nefas cupientes
Patrum, semiferis peiores Thracibus[2]) atque
Deterior crudis generatio prava Gelonis[3]),
Que pre inmunditia facinus describere duxi,
Adversus lignum convitia multa latrabant[4])
Hęc tandem dictis mendacibus adicientes:
„Si libet et dulce est[5]), forma repetamus in ista,
Quod nostris quondam a tritavis factum est Galileo!
Illi fecerunt eius canescere vultum
Sputis, et collum colaphis pulsando rubere
Transfixis demum manibus pedibusque nocentem
Affixere cruci, quod erat blasphemus[6]) et error
Seque deum natumque deo falso memorabat.
Porrexere eciam sicienti fel et acetum.
Quin et acuta latus patefecit lancea eoque
Elicuit vitream commixto sanguine limpham.
Christicolis pascha est sed nobis ludibrio sit.“
Talia iactantes lignumque cruci sociantes
Derisi secuere latus, sed protinus inde

632 c. *fatinus* 636 *at$\overset{i}{t}$ta vis*

1) Prud. Apoth. 20. 2) Prud. Apoth. 216. Hor. Epod. 5, 14. 3) Georg. III, 461 sq. 4) Hor. Sat. I, 3, 136. 5) Hor. C. IV, 12, 28. 6) cf. Prud. Perist. I, 75.

Ut stabiliretur prius actum, aqua mixta cruori
Exiit, ampulla quam suscepere cadentem
Exsortes fidei morboque dedere gravatis.
Tunc divina salus hoc sanguine quosque respersos
Sanavit, cassos carnali lampade luce,
Surdos auditu, mutos sermone beavit,
Multos a lepra retraxit demonibusque.
Ante tamen cunctos datur hinc sensisse supernam
Virtutem gravidus membris, paraliticus, eger
Ex quo nativa processit matris ab alvo.
His propagatis infirmi convenientes
Passim concreti stiparunt in synagogis,
Sanguinis ut sacri conspersio redderet ipsos
Incolomes. Tandem Iudei „Fallimur“ aiunt
„Fallimur, hic certe deus hic est quem Hieremias
In terris visum et conversatum docet esse.“
Seque catecuminos fieri tingique petebant
Abiciendo suas lavacri pro veste thiaras[1])
Nostraque laudando prepucia. Sed quoniam ista
Non sunt nota satis, sumamus que tenet usus.
Quem non confortet lapsi reparatio Petri?
Quem non soletur deprensę ereptio mechę?
Gnarum quod dominus prefert pietatem holocausto.
Quapropter cuncti feralis dogma Novati
Despicite et dominum conpuncto querite corde,
Cuius agi frenis libertas maxima, cuius
Mansueto servire iugo dominatio summa!

Explicit liber secundus.

---

654 c. *alepra*

---

1) cf. Prud. Apoth. 145.

## Incipit [Liber] III.

### (I.) De sobrietate et elemosinis faciendis.

Hactenus infestas infami carmine sordes
Dissuasi flatus sancti karismate functis.
Nunc ad virtutes viciorum calle reductos
Allicere est animus. Sed carmen futile promo
Ni tu rex agye — neque enim tibi deliquium ullum
Corda illustrandi — cui subdita copula rerum est,
Sis inbecilli columen doctorque canentis,
Ut nullus prodest ad sevi seria Martis
Pugio, qui dura non cote receperit iram.
Quatenus a domino fragilis nobis data vita est
Noxarumque viam tociens heu! corpore prono
Currimus et tetri pilis succumbimus hostis:
Clementi domino iugis cerimonia detur,
Sepeque ducantur nostrum sub doma carentes
Pastu et opermento, venerandi more Tobię.
Quę corpus ledunt properamus reicere et cur
Que mordent animam fulvum servamus ut aurum?
Limpha domat prunas, occulta elemosina culpas.
Si dominum vitę veneramur opumque datorem,
Rebus possessis spurcę sordes abigentur,
Augebuntur opes, ut prudentissimus illud
Testatur Salomon: quicunque fidelis honoras
Primiciis dominum frumenti, vini oleique,
Horrea nempe gravi tua conplebuntur acervo
Millenosque prement vitum tua prela racemos
Temetumque dabunt tibi multa toreumata lene.[1])
Cur adeo, miseri, tot dragmas totque talenta
Tot conferre minas mundanaque colligere ęra

c. *Incipit III* 1—18 ed. Büdinger l. l. p. 32 1 c. *in fami* 5 *Nisu* falso coni. Büdinger. c. $\overset{o}{a}$*gye* 7 c. *in becilli* 9 c. *conte* corr. Büdinger 25 c. *premet*

1) Prov. 3, 9. 10.

Conamur, bis sex obliti discipulorum,
Qui non terrenum dubitabant spernere censum
Ruderibusque canum mucoque equare tenaci?
Credula plebs quicquid preciosum contulit illis,
Ad plantas posuit, reverentia dia priorum,
Pupillis, viduis, peregrinis distribuendum!
Quisque deo assuescat dare, sit bene prodigus usu.
Seu bona seu mala sint, durant concepta per usum.
Quam flectis virgam, ventis invicta fit arbor.
Non modico fervore dei Laurentius ardens
Primoris cupidi iecur insaciabile ludens
Ferri in craticula crudeliter oppeciit quod
Tradidit indignis crepitantis dona monetę
Que sibi dilectus moriens mandrita reliquit[1]),
Sanctorum auditor non surdus mandatorum,
Que dominus mandans sese comitantibus inquit[2]):
„Terrenis vestros moneo desistite cellis
Credere thesauros, ubi vestes murice tinctas
Arrepentum avide tinearum guttura rumpunt,
Degeneratque clamis Milesia vellere caro[3])
Neta, sed et rutilans perit aurum erugine scabra,
Insuper et furvi ditem fures apotecam
Devastant; potius thesauros, consulo, vestros
Transferte in cęlos, ubi vermis non manet ullus,
Tarmes, gurgulio, brucus[4]) ricinusque procul sunt.“
Hec scimus sed non sapimus, quia non facimus, nam
Ille sapit vere qui, quę scit agenda, agit. Ergo
Larga manus grandi marsupia fenore plena
Pauperet.[5]) Abraham domino mactare volebat
Heredem serum, et nos non damus extera, cur non?
Si terrena damus, celestia suscipiemus,

---

37 *fit*] *t* prius *c* 53 c. *tarmus*

---

1) Prud. Perist. II, 21—56. 2) Matth. 6, 19. 20; cf. Prud. Psych. 600. 3) Georg. III, 306 sq. 4) cf. Prud. Hamart. 228. 5) Hor. Sat. II, 5, 36 et schol. Acron.

Nec nos inmunes dimittet munera dantes
Inpensi sibi non dubius retributor honoris,
Cum prope vatidicę veniet promissa Sybillę.
Numquam conficiet victus penuria largum
Pauperibus, sed non ciniflonibus et parasitis.[1])
Ultra quam satis est fatuus mihi nempe videtur
Parta labore sibi quisque ut patrimonia vastet.
Ganeo gallinam nunc et modo poscit orizam,
Et cui stipatur lepori hamio, caseus ovis,
Et renuens fieri satur escas mille ligurrit.
Nec minus instabiles frenesis colit ille rotatus,
Boletum ut gustans insanam, aconita, cicutam,
Qui vitę nummos cupidus preponit ut is qui
Ieiunum stomachum[2]) sustentat furfure sento,
Urticas, malvas, et holuscula cetera ruris
Decoquit[3]) in testa, cui pressam e fecibus usque
Spongia quinquennem vappam vel trulla ministret[4]),
Panniculisque olim villano pollice textis
Membra tegit scabieque caput sordescere[5]) linquit,
Ut nec ei funebris equi sumpta osse medulla
Nec queat elleborus succurrere. Vincat harenas
Diviciis, „satis est“ non umquam dicet avarus.
Quid quod cum in templo sacratas aspicit aras,
Participumque dei suffragia poscere debet,
Curas eversa sibi sub tellure repostum
Iactat ad es[6]), animę oblitus, dum proh dolor! eius
Spes, metus atque dolor rapit et petulantia mentem?
Hi sunt qui capiunt Loth despoliantque Gomorram.
Spiritus at noster si a vero poscit amari,
Melchisedech fuget hos ter senis atque trecentis.
Inmoderata ligant viciosos vincla, tenetur

64 c. *cinifflonibus* corr. M 69 c. *rennuens* primum *n* eras. 75 c. *efecibus* 79 c. *necei* 90 *In moderata*

1) Hor. Sat. I, 2, 98. 2) Hor. Sat. II, 2, 38. 3) Hor. Sat. II, 1, 74. 4) Hor. Sat. II, 3, 144 et schol. Acron. 5) cf. Hor. Ep. I, 20, 11. 6) i. e. aes.

Hic luxu nimio, rictu ille cupidinis, est qui
Lucris occultus miseram plantagine vitam
Ducat et omnigenis pascatur agrestibus herbis
Collectis numerans emblemata fulta lapillis;
Et si forte obolus libram curtaverit absens[1])
Abiciens abacum „Ve“ clamat terque quaterque;
Si quicquam superat „Res sacratissima, salve,
Salve aurum, salve minio rubicundius, instar
Solis inaccessi, celesti clarius igne,
Nil te absente queo“ balbuttit „tu mihi vitam
Prestas“ et labiis ridentibus oscula figit,
Figit et obtutus, o dira cupido, frequentes.
Contra cui quondam millena fuere relicta
Iugera conpressis oculis in morte paterna,
Quique sibi centum vini manare trapetis[2])
Vidit carradas et, regia copia, ter sex
Edes turritas habitabat et oppida celsa:
Nocturnis, cornu nil iam tribuente, rapinis
Vescitur, in cenum quale exercere cavillum
Inpollente solet clarum prope dogma Boeti,
Fortuna vertente rotam quia multus honos et
Mobilis abscessit tantarum opulentia rerum.
Namque hic luxurię percussus cuspide crassa
Sedulo pavones[3]) turdosque comedit[4]) et exlex[5])
Pastillos[6]) faciens gracili sibi pollice pinsi[7])
„Pascant agricolas“ ait „hordeum, avena, siligo“.
Iugiter in madidis vinaria tota popinis[8])
Evacuare studens, veteri modo pretulit hornum
Vinum, trina modo laudavit dolia[9]) sepe

---

94 c. *numeras emblamata fulsa* 116 *siligo*] *igo* in ras. scr. M

---

1) cf. Hor. Sat. II, 3, 124. 2) cf. Georg. II, 519. 3) cf. Hor. Sat. I, 2, 116. 4) Hor. Ep. I, 15, 40 sq. 5) Hor. Ep. II, 3, 224. 6) Hor. Sat. I, 2, 27 et schol. Acron. 7) Pers. I, 58 et schol. 8) Hor. Sat. II, 4, 62. 8, 39. 9) Hor. Epod. 2, 47.

Exsiccans perna fauces hillisque[1]) Lyeum
Vitis Amineę pateris ingentibus hausit[2]),
Evertitque cados donec iam Cecuba pleno
Redderet e baratro. Sic nil medium[3]) viciosis
Ignaris verbi Graecorum „Meaga".[4]) Nam quid
Ergo? Inter geminas angusto tramite valles
Pergamus caute; si nondum excelsa timemus,
Precipiti e clivo caput ad collis redeamus:
Rictibus illicitis, hoc est, cessemus hiare
Divicias partas consumere ventre voraci.[5])
Sed stipe non nimia mediocri et tegmine fultus
Absistat nebulo vel avarus dicier.[6]) Eia,
Quicquid opermentis, quicquid superest alimentis,
Hoc, repeto, modicis contenti demus egenis.
Ex hoc more, stilo veraci credite, bina
Commoda provenient, cor purum, corporis atque
Grata valetudo. Sic gibbi dempta gravantis
Sarcina permisit per acum transire camelum
Utpote Zacheum.[7]) Multi ob ieiunia pallent
Ceu semper maratrum comedant potentve cuminum.[8])
Sed male ieiunat, qui nil largitur egenti.
Tercius Henricus Romane sceptriger arcis[9])
„Frange tuum panem, deus hoc iubet, esurienti
Et nudos operi"[10]) mira est pietate secutus,

---

*m e g a d a*

121 c. *in gentibus* 124 c. *ΜΗΑΛΓΑ* non *ΜΕΓΑΝ* ut Büdinger coni. 127 c. *eclivo* 129 c. *consūmere* 132 c. *operimentis i* eras. 133 c. *debemus eb* eras. 139 c. *potest ve* corr. M 140—182 ed. Herschel l. l. p. 121 sq., Büdinger l. l. p. 31. 141—182 ed. Haupt l. l. p. 161; immutavit ordinem versuum Herschel ita: 140. 142. 143. 141 141 c. *Henricus, Heinricus* Haupt et Büdinger falso

---

1) Hor. Sat. II, 4, 60. 2) Georg. II, 97. Aen. I, 738 sq. 3) Hor. Sat. I, 2, 28. 4) scil. *μηδὲν ἄγαν.* 5) cf. Hor. Ep. I, 15, 32. 6) Hor. Sat. I, 2, 12. 7) Luc. 18, 25. 19, 2 sq. 8) Hor. Ep. I, 19, 18. cf. Ov. Med. 91. 9) Eupolemii C. (Cod. Dresd. Dc. 171[a] fol. 20[a]) I, 224 Solimane ceptriger urbis. 10) Iesai. 58, 7.

Intendens placare deum et precidere culpas,
Tempore quo multis spoliavit civibus orbem
Inportuna fames[1]) et mille cadavera stravit[2]);
Nonnullosque malis marcentibus ipse paterno,
Sintagma egregium, recreavit more pusillos.
Preterea innumeros nummis aluisse diurnis[3])
Dicitur ille, niger donec discesserat annus.
Felix qui nunc dat quia posthac centuplum habebit[4]);
Qui serit ille metet mature tempore messis.
Nunc, deus, ut frugi carmen mihi suggere dignum!
Patricii pia facta canam, qui tempore eodem
Permultos pulso lęti precone refecit.
Inter quos macrum decrassavit Beradontem,
Qui languens Spire, gravis est ubi spiritus aure,
Viginti exsequiis, dictu miserabile, tandem est
Semianimis mixtus; lethargusque inpulit[5]) illum
Ignorare ubi sit, donec radiante diei
Lampade subducta monstravit cornua luna.
Tum circumspiciens „Ubi sum?“ prorupit, at illi
Quidam suspirans e pectore reddidit ista:
„Suspice, quam lata miseris recubamus in urna
Mixti funeribus, proiectus heri huc sum et ego exspes.“[6])
„Annon est tibi mens supera ad convexa[7]) redire?“
„Non, quia dira fames, quę tam seva inminet orbi,
Nec me preteriet.“ „Tumulus non est mihi tanti,
Ut iam sponte velim licet egram amittere vitam.
Si mala nunc fero, cum volet hęc deus, auferet a me,
Et quondam graviora tuli.“[8]) Dum qui ista vicissim

---

144 c. *In tendens* 147 *molis* Herschel falso 148 c. *Sin tagma* 149 c. *in numeros* 157 *languens*] *a* in ras. scr. M 158 c. *exse* $\overset{i}{q}$*is* alterum *e* scr. M 162 *prerupit* Herschel falso 163 c. *epectore* 170 *male* Herschel falso c. *ame* 171. c. *dumque* corr. M, *dumque* Herschel et Haupt et Büdinger

---

1) Hor. Ep. I, 18, 23. 2) a. 1043—1044. 3) cf. Hor. Sat. II, 7, 17 sq. 4) Matth. 19, 29. 5) cf. Hor. Sat. II, 3, 145. 6) Hor. ep. 16, 37. 7) Aen. VI, 241. 8) Aen. I, 199.

Reddunt, aurora premissa sol rutilantes
Producens radios nocturnas depulit umbras.
Hic Beradon clamat „Vivo!“ ingeminatque per echo
„Vivo, nec infesta ceu cetera condita pubes
Morte cubans gravor.“ Hinc stupefacti pretereuntes
Accurrere alacres et adhuc spirare videntes
E fossa adnexo fune eripuere misellum.
Huic predictus herus multisque stipendia fertur
Suppeditasse aliis. Factum hoc omnes imitari
Christicolas — hoc enim vite deducit ad aulam —
Hortor, nam capiet, veluti porrigo, tenaces
Inferus, at domini celestis curia largos,
Quosque docere potest memorans de divite Lucas.[1]
Sepius emendant incautum dampna aliena[2],
Flammarumque minę vicino ardente timentur.[3]
Ergo curremus, ne nos involvat avaros
Vortex Tartareus, sed luxuriam fugientes
Mammoneamque[4] aciem faciat pausare per evum
Altithronus rector, cui regnum et gloria perpes.
De dandi virtute parum videor monuisse,
Sufficiant tamen hec prudentibus atque modestis.

---

### (II.) De eo quod valde resistendum sit libidini.

Cede pudicitię, iam cede, profana libido[5],
Prepes abi, pete triste chaos, mergaris abysso,
Ambrosiam pollere ducem sine, ad horrida vade
Tartara et evanesce velut ventosa favilla,
Neu studeas populo gratam te adhibere fideli,
Feda lues; nec enim domino fide sociasti
Non modica Sodomas opera tua vota sequentes.

---

183 c. *domino* 187 c. *nenos* 190 c. *alti thronus*

---

1) Luc. 18, 18 sq. 2) Hor. Ep. I, 18, 77. 3) ib. I, 18, 84. 4) cf. Prud. Hamart. 428. 5) Prud. Ap. 178.

Hęc pensans omnis sit pectore castus et ore,
Turpia non referat, qui turpibus abstinet actis,
Ne puer aut simplex, qui talia nescit, ephebus
Verbis corruptus mollescat et avia temptet.
Scedula morsa cani docet illum rodere pelles,
Atque hinc doctrina caros deus imbuit ista:
Suadeo principio, lumbos precingite vestros.[1])
Ac si sic dicat, cum in vos obscena libido
Dimicat et sevis cremat ignibus ilia, docti
Parcite continuis escis et potibus, atqui
Crapula et ebrietas lascivi est fomes amoris,
Ex crebra ingluvie veniunt amor, ocia, risus.
Ocia mortificant animam, studium educat illam,
Atque bono studio damnosa vacatio tantum
Quantum ab oglosso Lethea papavera distant.[2])
Qua labor est iugis, venarum flamma residit.
Cerdo suat[3]), scribat scriba, agros rusticus aptet,
Clericus insudet libris, nec, siquid in illis
Reppererit, quod non promte occurrat sibi, cesset:
Non semper talus, quod lusor postulat, edit,
Sepe optata absunt, cum non optantur habentur.
Psalmi eciam prosunt, prece turpis deficit ardor,
Ut stipule ardenti seu stuppa iniecta camino,
Aut ut in ignitis plumbum grave liquitur[4]) ollis.
Quod sequitur post hoc „Ardentes ferte lucernas"[5])
Gregorius sapiens sic digerit, esse lucernas
Flammigeras, perhibens factorum exempla bonorum.
Os igitur regat et referat bona mente pudicus,
Nam bona agens et prava loquens sic acta tuentes
Detinet, ut Laborinthus, inextricabilis error.[6])

---

210 *lascivię̄* 214 an *aglosso*? cf. Ducange s. v. aglossa
220 c. *ab sunt*

---

1) Luc. 12, 35. 2) Georg. IV, 545. 3) Pers. IV, 51.
4) cf. Hor. C. I, 35, 20. 5) Luc. 12, 35. 6) Aen. VI, 27.
Prud. Apoth. 203.

Qui viridem et mundum se servat, eo redit, unde
Venerat, ut ramus curvatus moxque remissus.
Mundicia domino magis acceptabile nil est.
Hac illi Ioseph placuit celebrisque Susanna,
Hac vindex iustus Phinees Iuditque severa.
Ergo diabolicis nolite locum dare factis,
Credentes, nam sepe facit peccare facultas.
Respuit incestos, quem virgo Maria profudit
Non fantasmaticum, velud affirmat Manicheus,
Nam vagit, sugit, crescit de virgine natus.
Quid mirabilius? que plus ignota leguntur?
Nullus apud veteres genitus de virgine fertur
Non Plato barbatus[1]), non bello ,crudus Achilles,
Non niveus Pallas prestanti corpore[2]), quamquam
Anteveniret heros famosi nominis omnes,
Ne Cęsar quamvis opulento germine bombix
Declararet eum, nec quisquam ridiculorum
Quos pice, thure, mola coluit gens bruta deorum.
O Musę fragiles, o fallax nenia vatum,
Qui tantum coitus transformatasque figuras[3])
Finxerunt hominum nugas, quid fabula Terei
Ęnomaique valet, quid Horestis, quid Poliphemi?
Sic et mendosos sub merdoso Iove mille
Constituere deos, illique dedere tridentem[4]);
Si deus ille fuit, cur, Iuno, pelicibus te
Tot lesit, dum thyrsigeras oppressit amicas
Latonam, Ledam, Danen et Agenore natam[5]),
Et Semelen Ioque vagam?[6]) Sed quid referam omnes?
Non decuit peccare deum, violare sororem,

---

235—273 ed. Herschel l. l. p. 122 sq. 241 *fertur* in ras. scr. M 245 *bombix* scr. M 252 an *mendoso*? 253 c. *Con stituere* 258—273 ed. Büdinger p. 26

---

1) Prud. Apoth. 200. 2) Aen. XI, 39. VII, 783. 3) Ov. Met. I, 1. 4) Aen. I, 138. 5) Eupolemii Carm. (C. Dresd. Dc. 171ᵃ fol. 24ᵃ) I, 503 Agenore natam | Ut violaret amans. 6) Hor. Ep. II, 3, 124.

Dedecus et scelus est, et vi corrumpere multas.
Iupiter hoc egit. Deus haut fuit ergo vocandus,
Cum quem nos colimus, qui fons est metaque rerum,
Nullis infectus viciis insons habeatur.
Virginis ex utero ceu sponsus de thalamo ille
Prodiit inque rubo versans non ussit eundem.
Nullus eum poterit vitanda patrasse probare,
Socratico quamquam cunctos discindere cornu
Noverit astantes et Aristotiles fuit alter.
Nunc age, Nasoni, num Gallo[1]), num Iuvenali
Et Parce parcant et Gratia sit pia? Verum
Alchimus, Arator, Sedulius atque Iuvencus
Non bene tornatis apponunt regia vasis[2])
Fercula. Miror eos, non audeo vituperare.
Nunc ad rem redeo. Subvertit crapula castos.
Quid? Daniel[3]) celebs captivus tresque pusilli,
Quos, que confusas testatur nomine linguas,
Rex urbis tenuit, cum se nimis esse dolerent,
Iconomum regis sociis facundior istis
Alloquitur Daniel: „Cum pane legumina nobis
Des, non plus petimus.“ Cui princeps eunuchorum:
„Magna rogas et quę nequeunt fieri, quia rex, si
Vos plus equevis tenuesve macrosve videbit,
Hoc caput infensus faciet mucrone recidi.“
Tuncque ad Malasser, namque is spado prefuit ipsis:
„Pastu vulgari denis nos pasce diebus,
Cumque tuis servis facito tunc ut fore cernes.“
Dixit, at ille pii Danielis verba benignus

268 c. *nunc* . . *nunc* 270 c. *sedulius* non *sed alius* ut Büd. legit 273 c. *sub vertit* 274 c. *trisque* corr. M 275 c. *quosq; quos*$\overset{e}{q}$ corr. M 279 *Des*] *e* in ras. scr. M

1) nempe Cornelio Gallo, cf. Serv. ad Verg. Ecl. X. 2) Hor. Ep. II, 3, 441; cf. (Winrici) carmen ed. Kraus, Jahrb. des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande L, 236 vs. 109. 3) Dan. 1, 3. 6. 8. 12. 10. 11. 12. 13.

Auribus acceptans votis assensit; et illi
Fulsere ante alios escis genialibus altos
Pingues. Nunc tu mi inquis „omitte supersticionem hanc!
Sit vulgo milium, cucumis, faba, caulis inunctus[1]),
Buccellę lagani[2]), sed triticeam cava pastam
Sartago dominis stridat, nectarque suavę
Pendulus attritis destillet culleus herbis.“[3])
„Scis quid ad hęc reddo?“ „Centum sibi musta propinent
Fercula mille vorent, animam cum corpore perdunt.
Quod factor coniunxit, homo non separet.“[4]) esto!
Verum prostibulum vetat alteriusque maritam.
Nonne pudicicia domino fautrice placentes
Monachus et mulier Sarracenum pharetrato
Agmine correpti torvos vicere leones?
Quod fieri absentis rivalis noluit ille
Namque ubi spelei subiere foramen opacum
Lactantem catulos distentis lacte[5]) papillis
Lambentemque uda lingua[6]) invenere leenam.[7])
Occulti duplici cum diriguere pavore,
Ne versans homines trux bestia faucibus amplis
Deglutiret eos interficeretve sequentes.
Verum qui vatem defendit ab ore leonum[8])
Somnia solventem, misitque cibum esurienti,
His quoque providit; veniens nam torva repente
Belua dirupit profugos, sine more cientem
Dein dominum pepulit mordax lea moxque recurrens
Ad nidum pullis villosis unguibus abtis
Rupe ruit ceca desolavitque cavernam,
Dans tuta spacium castis exire fenestra.

---

296—315 ed. Büdinger p. 35   307 c. *interficerent ve*
309 *mixit* falso Büdinger

---

1) Hor. Sat. II, 3, 125.   2) Hor. Sat. I, 6, 115 et schol.
3) Georg. IV, 12.   4) Matth. 19, 6. Marc. 10, 9.   5) Ecl.
VII, 3.   6) Aen. II, 211.   7) Ov. Amat. II, 375.   8) Dan. 6, 22.

Precipue Christi nos edocet esse pudicos
Mater virgo, eadem quam presignavit Aaron[1])
Virga sacerdotis, que torrida cortice sicco[2])
Et vegetante carens uligine[3]) protulit ex se,
Res miranda, nuces. Christum sine semine virgo
Sic genuit, qui hominem atque deum cruce conciliavit,
Ut corium et nucleum coadunat concava testa.

---

**(III.) De eo quod deus humiles diligat et superbos contempnat.**

Eminus alta videt dominantum summus usias[4]),
Quod parvum atque humile est prope respicit, ipse rogatus
Quondam a discipulis[5]), cęli quis maior in aula
Esset, respondit: sese qui mente quadrimum
Exibet, ille etenim non laude levatus inani,
Parvis acclinis, si quando irascitur uno,
Ignoscit puncto; sic parvi sunt imitandi,
Non quod eis pepon est cuppa, et quod glarea sal est,
Quodque lutum pinsunt equitantque in fuste saligno.[6])
Eximia est virtus, popularem spernere laudem;
Hinc est quod dominus mulcendo nos monet esse
Mites, corde humiles, nostris spondens animabus
Tristibus amotis se gaudia leta daturum.[7])
Quod si blanda dei nostris secludere verba
Auribus audemus! Iam non mulcendo minatur:
Vergit et ima petit qui se autumat esse supremum.[8])
Scissa dei populo vada submersere superbos,

325 c. *adiscipulis* 327 paene totus versus in ras. 328 *Parvis*] post *s* rasura *quando*] c. *qāo* prius *qūo* 333 c. *muncendo* 334 c. *anībabus* prius *b* eras.

1) Levit. 17, 8. 2) Prud. Psych. 885. 3) cf. Georg. II, 184. 4) i. e. *οὐσία* 5) Matth. 18, 1—3. 6) Hor. Sat. I, 5, 22 sq. 7) Matth. 11, 29. 8) Matth. 23, 12.

Milicia Iosephi madefacta est Iamnia cęsa.[1])
Eheu, cur, homo, te sustollis inaniter atque
Ut vesica tumens, cito quę displosa[2]) fatiscit?
Non te titillet reverentia vana, vocatus
Quisquis es ad tędas, ne si tu in parte locatus
Iniussus prima meliore superveniente
Amoveare rubens ineasque novissima merens.
Vivite mortales contriti corde nec este
Ore columbę et mente lupi[3]), ceu plurima pars est,
Quales sunt qui cum pupilla demere tardant
Tignum de propria, festucam fratris abhorrent[4]),
Pendentemque retro clitellam appendere nolunt.[5])
Omnibus est viciis fastus violentior, ergo
Qui fugat illum a se, pollebit stemate primo:
Quanto maiorem pugilem pugil alto in Olympo
Cursu vel disco seu cestu sive palestra[6])
Vicerit, ut dignum est, tanto maiora sequentur
Premia. Qui vere contritus vivit, amicus
Est domini, at pravis tantum est onus atque superbis,
Quantum asino modius gravis, asper vitricus orbis.
Ut servanda caro sale non condita putrescit,
Sic et virtutes putere solent, nisi custos
Ista frequenter eas exasperet; aut vigor artus
Deficit humanos, cum solis cancer anhelat,
Igne et pestiferas ruber aufert Sirius idus,
Horrisonaque replent algosas voce paludes
Ranarum strepitus et strident dulcę cicadę
Lucifugeque volant acclini vespere blate[7]),
Ni siccam exhaustus situla grandive cucullo

342 *vesica*] *s* prius *f*  c. *dispolsa*  344 *tu*] c. *te*  346 *Amoveare*] *ve* in ras.  c. *in easque*  350 c. *ab horrent*  362 c. *exasper&t*  364 c. *sirvis*  367 an *acclivi*?

1) 1 Macc. 5, 58. 2 Macc. 12, 8. 9.  2) Hor. Sat. I, 8, 46.  3) Matth. 10, 16.  4) Matth. 7, 3. 4.  5) cf. Hor. Sat. I, 5, 47 et schol. Acron.  6) Stati Theb. VI, 803. 804. 808.  7) Georg. IV, 243.

Fons puteusve gulam corroboret: Haut secus omnes
Virtutes pereunt arentes igne tumoris,
Ni vero de fonte fluens contricio crebra
Assit et humorem siccis ferat. Hac pietate
Iesus apud Gabaon elementis imperitavit[1]),
Hac Ruth freta Booz nubsit Moabitis[2]) et hec res
Cognatum belle Susis erexit Edisse.[3])
Hanc inferniculę[4]) plus omnibus esse molestam
Virtutum gemmis, quis clarent corda bonorum,
Qui dubitat, sacro quod vidi in codice, pendat
Vita patrum dicto. Quidam venerabilis abbas
Nomine Macharius[5]) meritis dignissimus omnes
Rite suos docuit cilium deponere[6]) torvum,
Pectore se reputans humili minimo esse minorem.
Addit ut in bello dux vires militibus cum
Iunctus signifero densas perfringere turmas
Ante alios fervet clipeo thoraceque tutus,
Cominus hos framea[7]) necat, amento[8]) eminus illos.
Nominat hos, illos hortatur ut acria pugnent,
Eniochos[9]) imitans feriendo trucesque Suevos.
Hoc animata phalanx facto fit agillima[10]) pugne,
Aclidas atque sparos crispans sevosque dolones.[11])
At si deiectum formidantemque pericla
Aspexere ducem comites, et Martia virtus
Lenta manet, cessant dubii vertantur an obstent.
Sicque fit ut capti mutilentur, collaque bogę
Primatum stringant[12]), nisi censum sive vades dent.

---

369 c. *puteus vegulam* c. *aut* 375 totum versum in ras. scr. M

---

1) Ios. 10, 12. 2) Ruth 4, 13. 3) Esth. 2, 7 sq. 4) = infernicolae i. e. diabolo. 5) abbas Aegyptius, cf. vitam eius in Acta SS. Ianuar. I, 1007 sq. 6) Prud. Psych. 287. 7) cf. Iuvenal. XIII, 79. 8) Aen. IX, 665. 9) Lucan. II, 590 sq. 10) Hor. Ep. I, 1, 16. 11) Aen. VII, 730. XI, 682. VII, 664. 12) Prud. Psych. praef. 33. Eupolemii C. (Cod. resd. Dc. $171^a$ fol. $31^b$) II, 310 aut bogis colla terendos.

Non secus hac virtute suos precesserat omnes
Doctor Macharius, quo sic devocius eius
Exemplo fierent obnoxia pectora fratrum.
Angelus huic teter, quem rector Apollion Orci
Miserat, occurens falcem gestavit acutam[1])
Vibrato minitans fatum crudele lacerto[2])
Ac ringendo[3]) loquens: „O si te conficere, abba,
Audeat excelso lapsorum sydere quisquam,
Contra quos bellum est credentibus, hic tibi pronum
Certo dividerem tactu caput. Unica res est
Qua, loquar an sileam[4]), cives precedis Avernos.“
Cui sanctus comi subridens reddidit ore[5]):
„Ergo te adiuro per cui in presepe iacenti
Mistica dona deo reges tribuere Sabei,
Ut mihi rem lingua falsum vitante reveles.“
Ille refert „Ter in ebdomada non uteris esca,
Ast ego ieiunus per secula cuncta manebo
Et mansi et maneo. Media expergiscere nocte,
Semper ego vigilo, sic cum sim maior in his te,
Tu maior nobis humili sub mente videris;
Nec ego nec valeo.“ Nullis falsis inimicum
Laudibus extollit; quid apertius, hac sine quam quod
Omnes virtutes virtute ruunt, quasi murus
Si fundamento caret aut domus absque columna?

---

## (IV.) De statu animę et excellentia carnis.[6])

Quisque deo natus non peccat. „Quomodo natus?“
Non sicut quidam stulti credunt de anima quod
Sit natura dei vel portio[7]), nos deus ut sic

417 c. *hac sic sine*

1) Ov. Met. IX, 383. 2) Aen. I, 221 sq. Met. VIII, 467. 3) cf. Hor. Ep. II, 2, 128 et schol. Acron. 4) Aen. III, 39. 5) Aen. XI, 251. 6) Prud. Apoth. 782 sqq. 7) Prud. ib. 786.

Gignere dicatur. Scelus est hoc credere, nam cum
Eternus deus et mutabilitate carens sit,
Pars nequit esse dei, quę delinquendo vacillat,
Nec valet esse deus, quę seve obnoxia penę est.
De qua sic Augustinus doctor catus inquit:
Non anima ex anima generatur, sed deus illam
Infundit carni formatę, sic microcosmum
Constituens; sed sive creet, tunc sive crearet,
Solum nosse, reor, factorem. Credo, quod ipsa
Carni pura datur, data morti subiacet Adę,
Nec regnum domini nisi fonte renata videbit;
Scemate corporeo requie penisve videtur.
A domino per naturam non nascitur ullus,
Sed quisquis vero perfectus pollet amore,
Patre deo satus est; is non peccat, quia servat
Mandatum maius mandatis omnibus, hoc est:
Dilige corde deum, tamquam te dilige fratrem.[1])
Omnes in Christo fratres sumus. Unde tonantem
Patrem appellamus nostrum communiter omnes.
Hinc nos multa loqui deceat, nisi quod preciosę
Enarrans animę sententia longa salutem
Paucis accepta est. Pro cura corporis omnis
Delectat species medicandi discere mille,
Ut tolles ebulus fuget, utque agrimonia morbum
Tres collecta dies et decantata caducum,
Pentafilon[2]) dissenteriam, centauria[3]) febrem.
Heu, rari de anima plus quam de corpore curant!
Ut placeant forma terrenis luxuriosi,
Membra vaporiferis cogunt albescere termis[4]),
Comere non cessant crines, non ora lavare:

---

428 *ex* in ras. scr. M 429 c. *microcosinū* 446 c. *tollas* 448 c. *Pentasilon* c. *centanria* c. *febei r* superscr. *n* in ras. adscr. M

---

1) *Matth. 22, 37—39.* 2) cf. Pseudo-Apul. de medic. *herb. 3.* *3) cf. ib. 35.* 4) i. e. thermis.

Ut sese regi commendent cuncta regenti,
Fratris amore animam decorare fere piget omnes.
At tu qui domino gratum te reddere mavis,
Reice livorem fidum qui scindit amorem,
Nil satius, nil, esse puta, quam velle propinqui
Velle sequi, tamen ut non laudes, si male quid vult.
Qui si sit talis quod possis corripere illum,
Corripe et ut cesset perverse vivere suade;
Peccantemque tui memor interdum fer amice,
Non quo nequicię concordans sis, sed ut ille
Ex virtute tuę conpungatur pietatis:
Nemo malus subito damnandus et abiciendus,
Dilatum lolium docet hoc dilataque ficus.
Si fratrem fervere vides bonitatis amore,
Cum superis domino catienis sedulus ymni.
Quanta sit et qualis dilectio, Paule, notas, cum[1]):
„Si linguis loquar angelicis vero sine amore,
Tinnio ut es“ inquis „vel sicut cimbala clango.
Si mihi veridicum cedant presagia vatum,
At cordi suavis flagrantia desit amoris,
Nil sum; preterea si cunctas, quas habeo, res
Inpensasque meas in pulmentaria[2]) et escas
Pauperibus prodam, sine amore nichil mihi prodest.
Non inflatur amor, non ambit, nec sua querit,
Omnia sustinet, omnia sperat et omnia credit.“
Quid sit amor, pulchre declarat virgo Iohannes
In cena Christi qui triste cubando gravavit
Pectus[3]): amor deus est, et qui manet hoc in amore
In domino manet et dominus dignatur in illo,
Dum non vult ab amore pio cessare, manere.

---

454 c. *amatore* *fere*] primum *e* antea *i* 459 *sit*] antea *ut* 467 *catienis* (an *cantilenis?*) *sedulus ymni* scr. M (scribendum puto: *cantabis sedulus ymnos*) 479 c. *Incena*

---

1) 1 Cor. 13, 1—7. 2) cf. Hor. Sat. II, 2, 20. 3) 1 Ioh. 4, 16.

Nunc age virtutem cęlumque ascendere tempta;
Ut volitare nequit cauteris saucius ictu
Ales, ita invidię quem dira sagitta retardat,
Emulus ad cęli pertingere non valet aulam,
Et licet expresse trinum fateatur et unum.
Quisquis amore nitet, virtutes nundinat omnes
Collectasque tenet, virtutum nuncius ille est.
Edituus levi cum tintinnabula ferro
Pulsat[1]) et accendit candelam, tum bene sanum
Vulgus adest humerisque gerit suspensa sinistris
Pallia, summisso venerans altaria vultu.
Haut dubiique manent celebrandę munia missę,
Quos premissa cavi vox invitaverat ęris.
Pantherę ad vocem maculosę confluit omnis
Bestia, tortus item sub tofis se draco condit[2]),
Cum tamen ingentes barros necet et crocodillum.
Tempore cum verno cornus vel quelibet arbos
Producit fructum reparatis frondibus, estas
Pulverulenta gelu terras linquente propinquat.
In pacis signum cęlo deus indidit Irim;
Sic et amicicię cantum cum cor modulatur,
Et viridi frondet claroque resplendet amore,
Omnigenis illud Christus virtutibus implet;
Quare nemo agitet fratrem zelo nisi iusto,
Quo Moyses aurum venerantes[3]), quo Baalitas
Tehbsites[4]), Danielque vafer‸Beli famulantes.[5])
Virtutem hanc semper qui vultis habere, dicatum
Christo basilicum persepe petatis asylum,
Et lacrimis abolete nefas. Fuit utile regi
Pro vita tinxisse genas[6]); deus annuet et nunc

---

483 sequitur versus in codice: *A te virtutem cęlumque ascendere tempta* videlicet dittographia, eoque omisi 498. c. *in gentes* c. *cocodrillum* 502 *indidit Irim*] *t ir* in ras.

---

1) *Iuvenal.* VI, 441 sq. 2) cf. Georg. II, 214 sq. 3) Exod. 32. 4) *3 Reg. 18, 40.* 5) Dan. 14, 4—21. 6) 4 Reg. 20, 5

Suppliciis vestris, modo sit conpunctio vera;
Qui pius armilla malam perfodit hiulcam
Leviathan[1]) ut qui se faucibus illius indunt,
Peccando culpas deflendo evadere possunt.
Ergo relaxemus cunctis peccantibus in nos,
Si volumus nobis deus ut peccata remittat,
Tunc eius nutu nostro bene pactio quadrat.
Sic fecit rex qui de inimicorum nece flevit,
Ardentem deus hunc fratres sociumque popellum
Multimodis compsit virtutibus. Ipse et in alta
Unanimes habitare domo dat. Regula amoris
Exigit hoc: alii ne faxis, quod tibi non vis,
Quodque cupis tibimet, fratri nichilominus optes.
Novi quid referas: „Mihimet sum proximus"[2]) inquis.
„Non decet Esopi figmenta salesve Terenti
Scripturis miscere sacris. Qui recte amat, illi
Vilescit topici cumulata pecunia regni,
Nil amat in terra nisi semper adire sacellum,
Apte phosforeę quod ad instar ducitur urbis.
Illa velut glaucis inimico sole coruscat,
Non mutando diem sed continuante perennem,
Sic hec continuis aperitur mansio licnis,
Utque animas gremio leni fovet[3]) illa piorum,
Sic hec ossa tenet populo veneranda labanti.
Sumitur hic corpus celesti in sede tonantis,
Utque ibi diversis astant animalia formis,
Quatuor ęternum laudantia carmine regem,
Sic in sacratis pinguntur murice muris.
Sed quoniam nostro subscribere pauca libello
De formis horum presumpsimus, hec quoque ad huius

---

517 c. *relaxantus* falsa erasa 520 c. *Si* 522 *alta*] an *arta?* 531 *phosphoreę*] *ph* in ras. pro *fh* ut videtur 533 an *continuando?* 540 c. *sacrati*

---

1) Iob 40, 21. 2) Terent. Andr. IV, 1, 12. 3) Aen. *I, 718.*

Ecclesię exemplar typica signare figura
Quid valeant aperire libet. Genitricibus orti
Baptismum subeunt homines ut membra novelli
Sint hominis; vituli tunc possunt iure vocari
Cum de blandiciis viciorum pectora lenta
Virtutum stimulis agitant. Cervice leones
Sunt rigida, quociens inferni tela tiranni
Tempnunt; in verum nitentia lumina solem
Cum figunt aquilę; sic oratoria nostra
Hęc docili depicta tenent animalia penna.
Ista igitur voto lugubri quisque frequentat,
Qui gaudere cupit subtractis sordibus illic,
Et cum psalmista prostratus iugiter oret[1]):
A domino quiddam pecii, quod sepe requiram,
Ut me habitatorem capiat domus eius; ad illam
Semita iusticię ducit, non semita terrę.
Errat quisque putans currendo posse beari[2]),
Multi cursantes non vitam sed loca mutant.
Non Romam vidisse sed hic bene vivere laus est.
Hic, homo, quere deum, deus est et regnat ubique;
Quem si tu reperire cupis, contempne caduca,
Exue te mundo cursantem ad gaudia, ne te
Mundus prepediat. Sic olim Christus amicos
Ammonuit saccos et peras spernere quando
Ingrederentur iter[3]); properantem namque retardat
Pondus, et ad teretes descendens instita talos[4])
Intiba sulcantem retinet plerumque ligonem,
Nec prompte currit nisi qua sinit alveus unda.

---

551 *oratoria* primum *o* in ras. 553 *lugubri*] prius *lug$^{s}$ubri* 554 c. *sub tractis* 555 *psalmista*] c. *prosalmista, salmist* in ras. 567 c. *ꝓpantem* 568 c. *in stita*

---

1) Psal. 26, 4. 2) 1 Cor. 9, 24. 3) Luc. 10, 4. 4) Hor. Sat. I, 2, 29.

### (V.) De Eufronio docente quod omnia in caritate condita sint et in ea consistant omnia.

Parvus ego vidi, certa si mente recordor,
Eufronium, de quo memorabant tunc quod in eius
Pectore verus amor consisteret, illecebrosa
Omnia respueret solitus sic dicere: „Fratres
Scismaticos fugite et vinctos anathemate sic ne
Vel dicatis: ave. Fidei sociis date fędus.
Federe nil melius, consistit federe mundus.“
Hęc cum discipulis iteraret sedulus, unus
Ex illis ait „Hoc nobis, pater optime, fedus
Exprime, quo mundus concordat iunctus!“ Et ille:
„Hoc fedus deus est, sine quo factum nichil; ipse
Cuncta in principio, Genesi testante, creavit:
Degenerem sine luce polum, sine germine terras,
Stagnaque legitimis nondum currentia ripis.
Tunc inmortales invisibilesque catervas
Spirituum fieri iussit, sed qualiter illos
Condiderit, non est hominum conprendere, solus
Id factor novit, credendum est denique factos.“
„Qua ratione?“ „Deum preter sunt omnia facta.
Omnia sunt facta, factor non factus habetur.
Hos autem fecit, quo se per secula cuncta
Laudarent, digni divinum cernere vultum.[1])
Qui tales potuere tamen peccare, superbus
Donec siderea fratrum delator ab aula
Concidit, ex eius modo spirituum agmina lapsu
Confirmata mali nequeunt committere quicquam,
Nam custodit eos pietas livore remoto.

---

571—577 ed. Herschel I. l. p. 123; 571—681 ed. Büdinger l. l. p. 26 sq. 573 *ille cebrosa*] *c* ex *l* corr. 574 *fratres*] c. *o fratres, o* del. Wattenbach (Büdinger, Denkmale p. 104) 576 *fidei*] *fidis* Büdinger falso 594 *sidera* Büdinger falso, corr. Wattenbach ib. p. 104 595 c. *lapsa* (ut falso Büdinger) corr. M

---

1) *Sedul. C. P.* V, 237.

„Fiat lux“ inquit deus, et lux ilico facta est[1]);
Secernensque novo tenebras ex lumine nocti
Iussit abesse diem[2]); iam tunc inimica vicissim
Pugnarunt elementa modis discordibus, usque
Ipse sator placida iunxit contraria pace;
Ignem namque citum summam contraxit in arcem.
Hunc gravidumque solum mediator continet aer[3]),
Ne vel terra cadat violento pondere mersa,
Aut levitas puri sursum nimis evolet ignis.
Altos deinde lacus et flumina[4]) limite certo[5])
Delucens pelagus concurrere iussit in unum[6]),
Oceanum dicunt, totum qui circuit orbem.[7])
Tempore eo tellus sine germine nuda manebat[8]),
Ignorans gratos, ut nunc solet, edere fructus,
Donec eam lignis auctor mandavit et herbis
Vestiri variis, et quod mandaverat actum est.
Nec mora, procedunt porrectę in nubila pinus,
Stare novas subito videas in montibus alnos,
Buxos et patulis ulmos consurgere ramis,
Stare eciam mirtos, platanos, cedros, terebintos.
Tum primum cerasi rubuerunt germine fulvo,
Sentaque castanęe didicerunt poma feraces
Gignere, tum flavo canescere mala colore
Cepere et nigra bace procedere lauro,
Et prodire suis glandes et amigdala ramis.
Tum pirus et pinus tum mespila fructificavit,
Balsama tum et mirrę sudarunt robore guttę,
Thus, aloe, resina, simul tymiamata cuncta,
Que produnt proceres irritamenta gulosos.
Dein[9]) cęli faciem vultu spectare sereno

---

600 c. *ab esse* 605 c. *Nevel* 607 c. *de inde* 620 c. *Gingere* ut falso Büdinger 626 *produnt*] an *perdunt*?

---

1) Gen. 1, 3. 2) Gen. 1, 4. 5. 3) Ov. Met. I, 26 sqq. 4) Met. I, 38 sq. 5) Lucan. I, 215 sq. 6) Prud. in Sym. II, 776. 7) Gen. 1, 11. 8) Gen. 1, 14 sqq. 9) Gen. 1, 12.

nullum discrimen haberent
o vidit permixta molesto,
t cursu distante planetas
pus cunctis insignior ardens,
post hunc est maxima Luna.
lucis donavit honore,
capiant terrestria Phebo,
ille splendescat tempore noctis.
ras numeramus tempora et annos.
pinxit deus aera stellis,
tuit nautis in signa marinis.
migeros pisces squamisque carentes
tis innasci iussit[2]) et alto
buit cetę scopulosaque monstra.[3])
ibus sator omne volatile pennis
us aerias modo verberat auras[4]),
igio vehementibus utitur alis.[5])
tilibus iumenta ferasque creavit
fuit verbum. Feliciter acta
ternę pacis conpage ligata.[6])
dominus, qui continet omnia palmo.
inspexit mundum „Que fecimus“ inquit[7])
nunc hominem restat plasmare sagacem
nobis concordet imagine, quique
mus presit facture scilicet omni,
alit, quod terra parit, quod in aere vivit.
, et nostri devotus obediat oris
neque spiritui se credat iniquo,
insistat quam nos concedimus ultra,
uncta ipsi, nobis sit subditus ipse.“
acris limum tractare caducum

insigna corr. Büdinger 639 c. svamisque corr.
640 c. vastis in [s] nasci

…n. 1, 20. 21. 2) Alcim. Aviti C. I, 35. 3) ib. I… 4) Aen. X, 892 sq. 5) Aen. I, 300 sq. 6) G… 7) Gen. I, 26—28. 8) Gen. 2, 16. 17.

Non dedignatus manibus terramque recentem
Prepollens opifex humanos format in artus[1]),
Utque[2]) foco mollita fabri sub pollice cęra
Quaslibet in formas vafra transvertitur arte,
Sic domini digitis se lenta argilla coaptat
Artificisque manum sequitur promptissima summi.
Hęc ubi coniunctis ut nunc per singula membris[3])
Constitit, ęterno spiramen ab ore recepit,
Quod Greci psichen, animam dixere Latini.
Nec mora, plasma novum medio spiramine vivum
Surgit et in cęlum sublimi suspicit ore[4]),
Cetera cum prono terrena animalia collo
Despectent[5]), quorum moritur cum corpore flatus.
Quare, homo, luminibus cordisque et corporis alta
Inspice, quę bona scis exerce, incognita disce;
Discere que nescis a quovis non pudeat te,
Plurima scire iuvat, sapiens non exulat usquam:
Scire bonum et facere satagentibus urbs patet in qua
Nulla diem ęternum caligo interpolat, in qua
Sol athomis radiat non deficientibus, hic sol
Sol est iusticię[6]), pariles cui dicere laudes
Non cessant nitidę Cherubin Seraphinque coronę.
Illuc nemo valet nisi amore favente venire."

---

(VI.) **De incontinentia sacerdotum.**

„Vera salus amor est, amor est perfectio vitę.
Et quis amor? Non femineus sed celitus atque
In cunctos propter dominum diffusus amicos.

---

670 c. *te*[re]*rna* superscr. M 675 c. *ivaiat* 678 *Sola thomis* (*tonis*?) Büdinger falso; corr. Wattenbach ib. p. 104 679 *Sol est*] c. *Solem*, corr. Wattenbach ib. p. 104

---

1) Gen. 2, 7. 2) cf. Alcim. Av. I, 76 sq. 3) Gen. 2, 7. 4) Ov. Met. I, 85 sq. 5) Ov. Met. I, 84 (adfert Bursian, Geschichte d. Philologie I, 60 n.). 6) Mal. 4, 2.

Et tamen uxorem quam lex tibi mancipat et dos
Non adamare veto. Laudabilis est amor ille,
Namque ut haberet homo sibi par quod amaret uti se,
Omniparens primum iussit dormire supinum[1]),
Et tollens unam de costis illius Ęvam
Condidit ex ipsa, fidos idcirca parentes
Linquet homo et grate se uxori iunget eruntque
Una in carne duo dulcique fruentur amore.
Sed quod adulterii dampnosa sorde volutet
Se quisquam aut scortis inserviat, utile non est.
Nam bonus et sapiens vir Paulus, ut hoc prohiberet,
Unicuique suam concessit habere.[2]) Quid ergo?
Monachus et tractans sanctorum sancta sacerdos
Assumentne sibi cum libertate maritas?
Nequaquam. Cur hoc? ausculta! Rem tibi pandam.
Cum Galathas civesque Ephesi civesque Corinthi
Compluresque alios cepisset subdere Christo
Paulus eos blandis primum dictis sapienter
Erudiit, validum teneris apponere panem
Devitans, ut eo cicius transferret eorum
Pectora de cultu fanorum; sepe etenim fit
Dum rudis in veteri coalescit stipite ramus[3]),
Aura vel tenui motus leviter cadit. Illud
Ecclesiam sancti qui plantavere novellam
Tractantes, quia perfectus fit nemo repente,
In convertendo gentes simulacra colentes
Saxea preceptis primo sunt mollibus usi.
Nam quis in idolio solitus potuque ciboque
Distendi atque ubivis inhonesta cubilia inire
Acria curaret doctorum attendere verba,

---

686 c. *ad amare* 687 c. *Namque ut*] c. *t* littera post erasa 688 c. *Omni parens* 693 c. *ad ulterii* 709 c. *que* corr. 712 c. *inidolio* 713 c. *usvis* ut videtur, corr. M 714 *aret* (in ras.) *doctorum attendere verba* scr. M

---

1) Gen. 2, 21—24. 2) 1 Cor. 7, 2. 3) Ov. Amat. II, 649 sq.

Si vellent penitus genialia culta vetare?
Tunc etiam sancti doctores signa stupenda[1])
Fecere. Ut taceam de claudo et Dorcade[2]), sanant
Egros verba Petri. Quis nunc etiam prece curat
Languentem quemquam? Cur non fiunt modo signa?
Annon sunt ulli virtutum stemate nostro
Tempore pollentes? Sane sunt, sed quia radix
Iam viget ęcclesię multos vegetata per annos,
Non opus est signis aut verbis suavibus. Ipse
Credentum populus viciorum fortia tela
Perpetitur, tamen obsistit nec subiacet illis:
Ferre annosa abies pluvios non abnuit austros.
Ergo lacte fuit tenerorum more riganda
Ęcclesia infantum, quo cępit tempore nasci,
Et blandis monitis ceu molli pulte cibanda.
Sed postquam cepit validorum more videre
Tyronum, solida pascenda cibo fuit, hoc est
Preceptis gravibus subdenda. Et ob hoc venerandi
Rome pontifices, alio quos nomine vulgus
Appellat papas, interdixere maritas
Presbiteris, ut qui cupiunt contingere sancti
Sacra dei, mundos se corde et corpore servent,
Levitis etiam quoniam funguntur et ipsi
Divinis sacris appellanturque ministri.
Monachus a pompis mundanis sponte recessit;
Obiurgare illum non multum pertinet ad me
Nec cupio. Tamen hoc constanter dico quod ille est
Monachus infelix, qui non vult scire quid hoc sit
Monachus et sancte vivendo monachus esse.
Velat eum vestis pullo fuscata colore,
Ut despectibilis mundo videatur inopsque.

---

726 c. *austros* (*stros* superscr.) superscr. et eras. 727 *lacte* in ras. scr. M
740 c. *Ob iurgare* 742 c. *in felix*

---

1) cf. Aldhelm. laud. virg. 797. 2) Acta ap. 9, 36 sq.

Esto. Sed interius si non vult candidus esse,
Extera nigredo nil confert, credite nobis.
At vos presbiteri pastores atque magistri
Ecclesię, ex animis conubia pellite vestris.
Econtra inprudens dicit mihi: „Qua ratione
Gaudia coniugii mihi subtrahis? Unde Iohannes
Editus est, Christum typico qui tinxit in amne?“
„Hoc ego sic solvo: Veteris quis somnia legis
Comparet huic certę, quis veris artubus umbram,
Quisve cimiterii metuat lemures quasi vera
Corpora? Prisca fuit lex huius legis imago
Ut pictus vivi et currentis bubalus. Olim
Quassari iussit dentem pro dente vetus lex[1]),
Sed dicit nova lex: in dextram mandibulam te
Si quis cedat, ei paciens prebeto aliam tu.[2])
Composite mala vestra satis defenditis acta!
Turpe est quod proprium violas, onocrotale, nidum.[3])
Ad defendendum sapientes estis iniquum,
Ad rectum stulti. Quapropter sic domini vas
Prudentes, inquit, sunt ut faciant mala, stulti
Ut faciant bona.[4]) Ob hoc carnalem spernite luxum,
Namque deo nequeunt qui sunt in carne placere.
Ah miser, ad mensam domini qui putidus ire
Non horres, sanctumque eius contingere corpus
Pollutis manibus, capsas de thuris acerra[5])
Quid suffire iuvat, putens cum tu cinicus sis?
Quid lavisse manus inmundo pectore prodest?
Quis mutare canem vel aqua vel pectine possit?
Anne tua, qua te circumdas, sanctificari
Veste putas? Tiriis inserto vestibus auro
Simia veletur, non simia desinit esse.

---

755 c. *Quis vere* *re* eras. 758 c. *prodente* 761 *defenditis*] *is* in ras. (fortasse prius *e*) scr. M 772 c. *in mundo*

---

1) Levit. 24, 20. 2) Matth. 5, 39. 3) cf. Martial. XI, 22, 10. 4) 1 Cor. 3, 18. 5) Ov. Fast. IV, 934.

Quod si patratas subduceret infula culpas
Et reliquę induvię divinis cultibus aptę,
Semper ego vellem vestitu incedere tali.
Non hac, crede mihi, tolluntur veste nec unda,
Pensilis incurva quam continet urceus ansa[1]),
Sed pocius lacrimis de corde fluentibus imo.
Constanter repeto testemque deum mihi sumo,
Presbitero nulli recte conceditur uxor.
Ergo sacerdotes, muliebrem spernite cultum
Et nec adulterio nec fornice perdite vosmet.
Nam quis adulterium sanus non exsecret, unde
Maxima gentiles scripserunt dampna poete?[2])
Si non turbasset Lacedemona Xanticus hospes
Absentique Helenam non surripuisset Atridę,
Quid Cous scriptor[3]), quid magnus Homerus et exlex[4])
Ennius[5]) aut certe quem de se Mantua natum
Iactat scripsissent? Si non hoc materia esset,
Unde tot egregios possent diducere versus?[6])
Illis ingenium subtile deus dedit et cor
Scribendi quodcunque placeret eis, alioquin
Nequicquam excirent fictas Helicone Camenas[7])
Edere digna hederis.[8]) Nostri causa deus illis
Cessit, ut ex scriptis nos proficeremus eorum.
Cunctos ergo decet mecharum spernere amorem,
Illos precipue qui sunt speculum laicorum,
Ut dum sinceram ducunt sine crimine vitam[9]),
Intrepida possint subiectos carpere voce.
Nam turpe est, ipsum quod culpa ligat monitorem,
Quod verrucosum verrucis plenus abhorret[10]),
Ut pote quod domini cupientem sumere corpus

---

777 c. *sub duceret*  779 c. *in cedere*  803 c. *sub iectos*

---

1) Martial. XIV, 106, 1. 2) Sedul. C. P. I, 17. 3) Ov. Amat. III, 329. 4) Hor. Ep. II, 3, 224. 5) Ov. Am. I, 15, 19. 6) Hor. Sat. II, 1, 4. 7) cf. Aen. VII, 641. 8) Hor. C. I, 1, 29 et schol. Acron. 9) Aen. IV, 550. 10) Pers. I, 77 et schol. in fine.

Cum laicum sese multis macerare diebus
Precipias dulcique absistere coniugis usu:
Tu matutinas nictagis negligis udus
Et fumans surgis post turpia facta tepenti
Coniugis e gremio sacramque inmundus ad aram
Accedis. Turpe est, nec solum turpe putes, sed
Plus quam turpe; deus pro certo talia facta
Odit. Et ipse deus, Paulo testante fideli,
Ecclesię capud est.[1]) Quid mirum, quod caput odit,
Hoc detestari quod cetera membra videntur?
Non bene conveniunt deus et dampnosa libido[2]),
Non bene concordant Belial culturaque Christi.
Linquat sacra dei qui vult uxorius esse[3]),
Respuat uxorem, qui sacris se dicat almis.
Quem quid conveniat servare per omnia, dicam."

---

(VII.) **De eo quid sit sacerdotibus servandum quidve vitandum.**

„Non a coniugii prohibetur federe tantum
Presbiter, ingluviem devitet et ebrietatem.
Non sit linguosus, nec scurrę more iocetur,
Nec male ditescat sextante lucrando deuncem[4]),
Alea non sit ei nec fallax thessara curę.
In libris studeat morum; sapientia lux est,
Sed sapiens sine moribus est puteus sine fune.
Undique se purum custodiat, undique tutum.
Hinc est quod quendam deus erudiens ait: Heus tu
Clama, ne cesses, exalta ut bucina vocem.[5])
Hoc ideo dixit, quia sepe docere volentem

---

809 c. *mctagis* 811 c. *egremio* 823 c. *in gluviem* 827 c. *studeantmorum*

---

1) Ephes. 5, 23. 2) Hor. Ep. II, 1, 107. 3) Hor. C. I, 2, 20 et schol. Acron. 4) cf. Pers. V, 150. 5) Iesai. 58, 1.

Elinguem proprii sceleris mens conscia[1]) reddit.
Sed qui se a viciis novit procul esse remotum,
Clangens ut lituus viciosos carpit aperte.
Doctores igitur sine fusco vivere debent,
Simpliciter, caste populumque docere frequenter
Et placide, quoniam non est didascalus aptus,
Castigare suos qui mansuetudine nescit.
Indomiti clunes et collum cautus agaso
Purrit equi blandis attactibus, atque ita porro
Pacatam strigili cervicem defricat, et tunc
It sonipes qua chamus agit stimulatque magister:
Sic doctor populi qui corda ferocia[2]) nutrit,
Rite catechizet parochos virga baculoque,
Visitet infirmos et defunctis veniam oret,
Edicat placide, ne quis persolvere Christo
Addubitet decimas, qui pinguibus indita glebis
Semina centuplicans gravidas emittit aristas.
Sed si qui decimas tardant offerre negantque,
Iustis pastor eos monitis convincat et aptis,
Sic dicens: „Homo, quid dubitas dare debita parva?
Parva deus poscit, qui posset poscere magna.
Namque creavit humum, quem vomere scindis adunco,
Ars ab eo conponendi processit aratri;
Illa quibus constat: buris, dentalia, themo,
Stiva, rote[3]), ex eius fiunt tibi condita lignis.
Ille boves tibi dat pluviam zephirosque tepentes[4])
Mittit, ut educant tua semina credita sulcis.[5])
Et cum cuncta dei sint, solum ferre laborem
Te sulcando patet, pro quo decimam tibi partem
Sumere debebas et cetera linquere Christo.

833 c. *conscii* corr. M 834 c. *aviciis* 837 c. *frequentes es* eras. 845 c. *catezizet* non *caterizet* ut Büdinger (l. l. p. 12 n. 31) legit 851—885 ed. Büdinger l. l. p. 29 sq. 856 *constat*] alterum *t* in ras. pro *n*

1) Aen. I, 604. 2) Aen. I, 302 sq. 3) Georg. I, 170—173. 4) Georg. II, 330. 5) Georg. I, 223.

Ipse autem clemens largusque novem tibi liquit
Partes, ut decimam promtus des. Non modo fructus
Dico soli, sed quicquid habes decimare iuberis."
Hec et quisque bonus placido sermone loquatur
Doctor et erudiat quod novit quemque decere:
Natos ammoneat parere parentibus atque
Servos ut dominis studeant servire fideles,
Uxores doceat subiectas esse maritis,
Mites atque pios uxoribus esse maritos,
Cunctaque quę sancta sint dicat idonea vita.
Pravorum e manibus rapiat conamine summo
Quemque bonum, ut Raab quę lini fascibus abdens
Legatos meruit celebrari laude perenni[1];
Nullum odii causa disturbet iniquus, itemque
Nullum defendat parva pietate rebellem,
Sed quodcunque docet vel agit, discretio firmet.
Hęc facere ignorans, qui stultorum esse magister
Possit, non video, praesertim cum pateat quod
In foveam ambo ruunt si cecus eat duce ceco.[2]
Hac in re quidam culpandi pontifices sunt,
Qui plerumque rudes sublimant et viciosos
Ordinibus, stultę vitantes quęrere, num sit
Servus, quem sacrant, aut liber sobrius aut non,
Et quos transactę testes paret edere vitę,
Dum mercede manus nolunt subducere ab omni.
Nam si credendum est, quosdam, quia clam manus uncta est[3],
Suscipiunt, a nonnullis indebita poscunt
Obsequia et plures humanę laudis amore
Sanctificant; karisma tuum, quod venditur ullo,

---

864 *promtus*] *tibi pr.* Büdinger falso e versu 863  867 *novit*] Büdinger falso *novum,* corr. Wattenbach ib. p. 104  872 c. *sanctę*  873 c. *emanibus*  877 an *prava?*  884 *quęrere*] alterum *r* in ras. fortasse pro *e*

---

1) Ios. 2, 1—6.  2) Matth. 15, 14.  3) Hor. Ep. I, 16,

Spiritus alme, modo singultu defleo cordis.
Et merito, quia vendentum turbas et ementum
Exemplo legitur deus exagitasse flagello.[1])
Nunc quoque in ordinibus poscentes munera sacris
Indigni Christo vivunt et munera dantes.
Cur rarus nunc est sapiens? quia blanda videntur
Ocia proque libris sectatur fenora quisque,
Tractat non secum: tu tantum collige quod des.
Munera stultus amat, sapientem munera mulcent.
Iunge sales pro se, venias sine munere, nil est.
Quod si pro nichilo reputaret episcopus omnis
Munera inutilium et dignis preberet honores,
Non adeo multas satanę temptatio mentes
Carperet et mundum non tantus volveret error!
Sed nunc quod non dat probitas, nummus tribuit, nunc
Dona ferens probus est, intrat, qui nil habet exit.
Attamen esse bonos aliquando videmus ineptos:
Nil dedit, ite mihi! bene me potavit, eamus.
O nummi, nummi, per vos emitur scelus omne,
Vestra presbiteri faciunt ope fasque nefasque!
Nec pensare volunt quantum deus extulit illos,
Quando ad discipulos: sanctum, inquit, sumite flatum
Ut quorum vultis sordes abolere patratas
Possitis, quorum vultis retinere queatis[2]);
Discipulis equidem dixit deus hoc, in eorum
Presbiteri vice sunt. Ergo cur non imitantur
Mores et vitam, quorum sibi iura potenter
Asscribunt? Illi spreverunt coniugia atque
Carnis delicias; hoc presbiteri modo nostri
Non faciunt; idcirco quidem velut unda lavacri
In cęnum iniusti descendunt inque profundum,
Et tamen emundant animas et ad ethera mittunt.
Sed precessorum si vellent esse sequaces,

---

901 an *per se*? 902 $\overset{o}{Qd}$ superscr. M

---

1) Matth. 11, 15. 2) Ioh. 20, 22. 23.

Plures eveherent ad regna perennia; namque
Exemplo melius quam verbo quisque docetur.
Ergo femineum, doctores, spernite amorem
Volventes animo vestri sublime cacumen
Iuris; quę maior valet esse potentia, quam quod
Solvitis evinctas culparum compede mentes?
Vos quoque fabellas contemnite prorsus aniles[1]),
Parcite vana loqui, nolite lacescere quemquam
Verbis aut risu. Cur, si malo esse lecator,
Presbiter appeller? Vel cur quis religiosum
Me dicat, scurram quem conspicit esse loquacem?
Preterea argutas penitus vitate tabernas,
Si sapitis, neque vos cornuto credite Bacho.
Quis sane mentis denudat crimina vobis,
Vinosos quos sepe videt? Pocius fugit illud
Pensans, quod vino stimulati cuncta resignant.[2])
Regibus et dominis servite et si reprobi sunt,
Sunt etenim vobis a summo rege statuti,
Ut reprimant nocuos et honorent ac tueantur
Mites. Sepe bonis nequam rex imperat, ut Saul,
Sub quo sancti homines Samuhel Davidque fuere.
Sepe bonos legemque malus tutatur, ut idem
Iudeos rabie defendit ab Allophilorum.
Denique quę regum sunt, reddite regibus et quę
Sunt domini domino, regis reddatur ymago
Regi, sed domino domini reddatur imago.[3])
Iusticia atque fides sunt restituenda tonanti,
Regibus inpendi debent reverentia amorque,
Nullus namque deo nisi permittente potens est.

---

936 c. *preteria* 938 c. *Suis sane* 939 c. *futtit* corr. 942 c. *asummo* 946 *ut idem* scr. M (pro *ut* antea *at* eras.) 952—955 ed. Büdinger l. l. p. 11 n. 30 953 c. *deo nisi perm. deo p. e.* corr. Büdinger l. l. p. 11

---

1) Hor. Sat. II, 6, 77 sq. 2) Hor. Ep. I, 7, 34. 3) Matth. 22, 21.

Reges ergo boni venerandi et sunt imitandi,
Perversi non sunt imitandi, sed venerandi.
Talia principibus. Vos ipsos reddite Christo.
Si quid subdiacon vel acolitus aut eciam ille,
Cui nondum tribuit benedictio sancta coronam,
Et tamen inbutus libris Christoque dicatus,
Turpe gerunt, vetita non est a parte trahendum
Exemplar vitę. Decet ut sitis memores quod
Maioris semper gravius delicta notantur.[1])
Omnibus este modis cauti; quodcumque docetis
Quodque agitis, causa perfecti fiat amoris.
Hic amor est non presbiteris dumtaxat habendus,
Sed cuncti vero debent in amore fideles
Vivere; verus amor non novit rodere quemquam."

Explicit Liber tercius.

---

### Incipit [Liber] quartus.

#### (I.) De eo quod fides sine operibus mortua sit.

Huc usque Eufronius; docto parete magistro
Quisquis ubique, viri. Non parvus federis almi
Sit cultus vobis, quod epistola sacra Iohannis
Undique commendat fratresque hortatur amare.[2])
Sed dives, multas cui reddit tribula glotes,
Cui spretis cumeris tenet area multa medimna,
Atque chorosbatis[3]) ad mensam vina feruntur,
Si fratri durus sua viscera claudit egenti,
Ille procul dubio longe est ab amore tonantis.
Regis apostatici[4]) famulas famulosque tonantis

954 c. *venerandi sunt et* 957 *sub diacon* c. *Incipit quartus* 7 c. *choros . batis* 10 c. *apostataci*

1) Iuvenal. VIII, 140 sq. 2) 1 Ioh. 2, 10. 3) = chorobatis 4) Sedul. C. P. V, 375.

Fraternus discernit amor. Quo plenius illud
Noscas: quisque suam signet Christi cruce frontem
Ymnum quisque canat crocitantis dulcia galli,
Postque preces amen subiungat et alleluia.
Si fratrem rodit quod agit nichil est, idiota
Maximus est; contra qui fratrem diligit, illum
Insanum cuncti licet appellentque cucullum[1]),
Grammaticis et rhetoricis sapientior ille est.
Omnes insudent libris quantum libet, omnes
Tortarum invigilent enigmatibus rationum,
Illud et illud ament addiscere: vir bonus[2]) atque
Vir metuens dominum sapientes prevenit omnes.
Namque timor domini fons est et oricho sophię.[3])
Ergo timoratis famulemur celipotenti
Cordibus, et quoniam brevis istius est mora vitę,
Gaudia miremur moderatius ista caduca,
Optantes nobis patrię infinita supernę
Gaudia, que nullus gustu, grafio, ratione,
Quanta et qualia sunt exponere sufficit. Hinc est
Quod quisquam sapiens inquit[4]): Non audiit auris
Nec contemplata est acies, nec cordis in imo
Percensere valet quisquam, quę conditor ipse
Sese credenti seseque paravit amanti.
Et quis amat dominum? qui iungit opus fidei, nam
Cassa iacet virtus equitis, si non habet arma,
Nil valet ingenium, studioso si caret usu,
Nec nisi iuncta valent opera atque fides: sine flatu
Non est viva caro; nec viva fides sine factis.
Quid prodest solis dominum verbis profiteri?
Quid iuvat inferno contradixisse tiranno
Ipsius et pompis[5]), si vis ad omissa reverti?

---

29 an *sint*?

---

1) Hor. Sat. I, 7, 31 et schol. 2) Hor. Ep. I, 7, 22. 3) Psal. 110, 10. 4) 1 Cor. 2, 9. 5) cf. Müllenhoff u. Scherer, Denkm. deutsch. Poesie und Prosa p. 153 Nr. LI.

Sus ad sentinam redit, ad vomitum canis[1]); horúm
Non pudet acta sequi? Multo prudentior est te
Infans, urticas ignemque timet semel ustus.
Quid dicam? Satius certe et venialius esset,
Non cepisse viam veri, quam linquere ceptam.
Perdere parta magis turpe est, quam nulla parasse.
Ah piget atque pudet procerum de perdicione
Dicere multiplici! Quidam post illita fronti
Signa olei liquidum picta de pixide nardum
Sumentes flavos detecto vertice crines[2])
Ungunt, et mitras inponunt desuper albas.
Quorumdam auriculas salpistę fistula mulcet,
Non attendentes quod versiculus sonat iste:
Non placant dominum blandę tybicinis odę
Non delectatur Saliorum carmine molli.
Est aliud quod avet, nimirum ut semper agamus,
Que iubet, et semper vigilemus corde[3]), nec umquam
Nos peccatorum sopor opprimat atque retardet.
Ignoramus enim quo tempore vel quibus horis
Iudex adveniat, num quando crepuscula lucem
Obscurant aut in medię caligine noctis
Aut galli cantu, vel summo mane velut fur.
Magna et amara dies domini subito veniet, tunc
Premia quisque suo capiet condigna labori.
Nemo perfectus, nemo omni parte beatus[4]),
Nullus vivit homo, cunctis virtutibus esse
Qui valeat nitidus, non omnis in omnibus aptus.
Tellus illa piris, hec aptior est oleastris,
Illic fertilis spicas ager edit opimas,
Hic melius plenis vivescit vinea botris:

---

48 c. *deperdicione* 51 c. *de tecto*

---

1) 2 Petr. 2, 22; cf. Eupolemii C. (Cod. Dresd. Dc. 171[a] fol. 33[b]) II, 455 resumit | Quod vomuit canis et cenum siccus repetit sus. 2) Aen. IV, 698. 3) Cant. 5, 2. 4) Hor. C. II, 16, 27 sq.

Sic homines variis clarent virtutibus: hic est
Sobrius, ille humilis, hic mitis et ille pudicus.
Inque sui patris conplura habitacula Christus
Retulit esse domo studia ob diversa piorum.[1])
Novi, nec rennuo; verum nec multa nec una
Sanctificat virtus hominem, si non erit illi
Verus amor, per quem virtutes nos decet omnes
Cogere paulatim scalamque acquirere ad astra.
Paulatim ex multis pontem producere lignis
Scit faber et multis turrim conponere saxis.
Hinc est quod domini spectans archana Iohannes
Diversis aulam gemmis constare supremam
Narrat et ex illis bis sex specialiter effert.[2])
Quarum, si potero, paucis misteria pandam,
Insuper et referam, quo queque colore notetur.

---

(II.) **De XII lapidibus et misteriis eorum.**

Iaspis gramineo pollet viridique colore[3]), I.
Significans firme fidei virtute virentes.
Celesti solio similis saphirus memoratur[4]); II.
Iste figurat eos, qui Pauli dogma sequentes
Dicunt: in cęlis est conversatio nostra.[5])
Est hebes, accensę calcedon more lucernę[6]) III.
Lucet et argutis mire sculptoribus obstat.
Designat sanctos, feritas quos nulla malorum
Edomat ardentes operum fervore bonorum,
Lucentes vitę cum dant exempla beatę.
Ardet non lucens qui secreto bene vivit,

---

77 c. *illic* 80 *pontem*] *po* prius *pd* 83 an *supernam*? 90 c. *figugat* corr. M 92 c. *carcedon* corr. M

---

1) Ioh. 14, 2. 2) Apoc. 21, 10. 19 sq. 3) Plin. hist. nat. 37, 8, 115. 4) Plin. 37, 9, 120. 5) Phil. 3, 20. 6) Plin. 37, 7, 104.

Lucet non ardens bona qui loquitur male vivens.
Sed fari bona cum vivas male, pessima res est.
Prestantem Scithicis in finibus esse smaragdum[1]), IV.
Atque ibi grifes eam memorant servare feroces.
Hic lapis est viridis, circumfert aera sudum
Qua iacet, astantes sese speculantur in illo.[2])
Ille fide virides prefert, huic additus aer,
Ut quisquis cęli dominum credendo fatetur,
Alta poli secum sincero corde volutet.
Sardonicen pingit species diversa colorum[3]) V.
Hic lapis est rubeus, niveus, niger. Indicat illos,
Denigrat quos mens humilis[4]), mens casta dealbat,
Et qui non dubitant mortem pro fratre subire.
Sardius est rubrę similis terrę.[5]) Notat illos, VI.
Qui cum sint hominum preclari laudibus ipsi,
Tamquam vas figuli se tractant esse caducos.
Crisolitus proprio splendet pulcherrimus auro VII.
Scintillas emittit[6]); et hic monstrat sapientes
Verbi scintillas in fratrum corda vomentes.
Pallens atque virens valet hos signare berillus[7]), VIII.
Qui bonitate virent, humili sed pectore pallent.
Albens atque rubens viridisque topazius in se IX.
Dicitur omnimodos lapidum cohibere colores.[8])
Signat eos cunctis qui se virtutibus aptant.
Crisoprassum viridis commendat et aurea forma.[9]) X.
Quos lapis iste refert, nisi qui credunt sapienter?
Iacinctus lymphę radio solis decoratę[10]) XI.
Persimilis designat eos qui in fluctibus istis
Solem iusticię gestant in pectore semper.
Quam ponit prudens ametistum in fine Iohannes XII.

---

106 *Alta*] *A* scr. M 127 *Iohannes*] c. *ibħs*

---

1) Plin. 37, 5, 65. 2) Plin. 37, 5, 63. 3) Plin. 37, 6, 86 sq. 4) Prud. Psych. 199. 5) Plin. 37, 7, 105. 6) Plin. 37, 9, 126. 7) Plin. 37, 5, 76. 8) Plin. 37, 8, 107 sqq. 9) Plin. 37, 5, 77. 10) Plin. 37, 9, 125 sq.

Purpuream, roseam violęque colore nitentem[1]),
Sanctos pretendit fidei quos purpura vestit,
Qui mundo viles studio redolent pietatis,
Martirium subeunt pro Christo sive propinquo.
Talibus ex gemmis norunt in corde bonorum
Edificare fides et amor durabile templum,
Non quale artifices terreni marmore glauco
Cementoque struunt; illud resolubile iure est,
Quod manus edificat fragilis, sed quod deus ipse
Alpha vocatus et ω[2]) fabricat, non corruit umquam.
Attestante Iohanne deus dilectio vera est[3]),
Et scitis, quoniam absque deo durabile nil est.
Ergo siquid amor conponit cordis in antro,
Componit deus, hic etiam firmissima petra est,
Supra quam quisquis sapiens fundaverit urbem
Virtutum, poterit securam ducere vitam.
Illam non aries validus, non hostica possunt
Spicula subruere et ventis moti maris estus
Non subvertet eam, Boree quoque tuta resistit.
Qui Christo dignum sincero pectore templum
Edificare cupit, sordes eliminet omnes
Et quę conantur pessundare scandala mentem,
Spiritus auxilium poscens a numine vero
Funditus evellat. Nisi corruptum ante pietur
Vas, inamarescit quod dulce infunditur[4]); hoc est
Ni de corde prius viciorum prorsus agatur
Fętor, virtutes si quas inmittis, acescunt.[5])
Hoc sanctus David manifesta voce notavit,
Cum primo sibi cor mundari, deinde petivit,
Ut sibi spiramen faciendi recta daretur.[6])

---

143 *ducere*] *du* in ras. scr. M 146 c. *sub vertet* 154 c. *in mitis*

---

1) Plin. 37, 9, 121. 123. 2) Apoc. 21, 6. 3) 1 Ioh. 4, 15. 4) Hor. Sat. II, 7, 107; Ep. I, 2, 54. 5) Hor. Ep. I, 2, 54. 6) Psal. 50, 12.

Sed mihi forte aliquis dicit: Mala respuo, nulli
Quod noceat facio, nec latro sum nec adulter,
A cunctis absisto malis, quantum fragilis me
Carnis permittit levitas; quid plus mihi agendum est?
Non satis est vitasse malum, latam viciorum
Dimisisse viam, nisi agas bona; nec satis est quod
Mitis es, ut servus penę formidine tantum,
Ni bene ceu liber vivas bonitatis amore.

---

### (III.) De eo quod mundus sit contempnendus.

Angusta est summam quę semita ducit ad arcem[1]),
Quisquis eo tendis, fallacem despice mundum:
In cute dulcorem monstrat, latet intus amarum.
Ut iuvenes quorum digitos teres anulus ornat,
Qui crispos per colla pilos vernantia iactant
Et subtalares pictos Liguris et acutos
Luteolis decorant spreto perone pedestri
Dicentes secum: quid pulchra nocet dare verba?
Dum spondent bene, dum per famina ficta puellas
Inducunt stolidas, decerpto flore recedunt.
Utque solet blesis flenti nutricula parvo[2])
Blandiri verbis: ita sese mundus amanti
Blanditur pro iusticia ne lugeat istic.
Sed tu qui patriam curas attingere veram,
Respue opes falsas, fuge cęca negocia mundi,
Et cessa hunc atque hunc precurrere; ne cruciet te,
Quod quis in hoc mundo sit fortunatior et quod
Ubera vicini sint uberiora peculi.[3])
Nunc divina sacro subsunt humanaque nummo.

---

164 *Mitis es* in ras. scr. M 172 c. *peromne m* eras. 179—240 ed. Herschel l. l. p. 124 sq. 180 *Respue*] alterum *e* prius *o*

---

*1) Matth. 7, 14.* 2) cf. Hor. Ep. I, 4, 8. 3) Ov. Amat. I, 350.

Sed pro toto animam quid prodest perdere mundo?
Capadocum regio tibi serviat[1]) et Garamantum,
Insuper Assirię gens et quę potat Hidaspen,
Denique si quicquid sub cęli nascitur axe,
Te tremat: Ire tamen quo Iulius ivit oportet[2]),
Exiguo mundi monarchos clauditur antro,
Cui Sporinna fuit necis et Calpurnia vates.[3])
Herodesque abiit, quem virtus summa cecidit
Cęsareę rapta pocientem coniuge fratris.[4])
Respue opes falsas, fuge ceca negocia mundi.
Navus et egregius non es, nisi lumina mille
Te spectent dicantque homines: hic omine dextro
Prodiit ad lucem; quem vestit musio tensus
Tergore castoreo, consuta nitedula bysso,
Renones crisii. Sic sic cenodoxia multos
Cecat, nempe gulis vestitus dives et ostro
Quid nisi homo est? vitam cui muscula vel brevis occat,
Qui ceu flos ferulę transit niveumque ligustrum.[5])
Respue opes falsas, fuge cęca negocia mundi.
Si cupis ingenuus dici, sis glutto neposque
Ut saturo et crudo cum calo „mandite" dicat,
„Reddas: non quęo, da tamen huc! offa allicit offam.
Sed primum, queso, refer unde culina vaporet:
Cum muria pisces, allec vel habebitis assum[6])
Aut si plus placeat caro, condimenta anatesque?
Rustice, nequaquam dominorum nutibus apte,
Aufer! An ignoras quod pendo domestica flocci?
Navita vel sutor seu mercennarius[7]) et qui
Triturat far et molit inmundusque subulcus
Hec comedant; foveat me sorbiciuncula lenis,
Privatique cibi, quos flagitat alvus herilis.

---

191 *lpurnia vates* (*lpur* in ras.) scr. M  204 *c. Sicupis*

---

1) Georg. I, 30. Hor. C. II, 2, 10 sq. 2) Hor. Ep. I, 6, 27. 3) Sueton. Caes. 81. 4) Acta ap. 12, 23. 5) Ecl. II, 18. 6) Hor. Sat. II, 8, 53. 9. 7) cf. Hor. Sat. II, 6, 11

Esseda, plaustra, trahe quę gestant atque carine[1])
Sunt mea. Trade libens mihi rara cibaria, trade!
Eia age, dumtaxat mihi dicite quid cupiatis,
Ursi aut iricii[2]) gustum, pavonis, oloris.
Est mihi, doque. valet, raro bene fecit, haberem.
Si pavo placet et distinctis picus in alis?
Cur pičam renuis? Si garrulitate cibaris,
Psitacus et pullis vestita monedula plumis
Te pascant! Alvum cur, inprobe, rumpere queris?
Euge, lavare satur dapibusque dapes coacerva
Non pensans venter quod dissolvet[ur et esca.]
Num modica Ganges cavus augeri i[ndiget unda]
Aut Vosegus parvo ditari pondere ligni?
Ergo quid faciam? mihi si rubigo tenaci
Obducit nummos; ve vappe dicitur illi.
Tantalus in medio sitit amne nec accipit inde.[3])
Porro si partis fruor, ut procus omnia vasto.
Seu bene agat, seu non, infelix undique peccat.
Si nescis quorsum nummus valet, accipe quorsum.
Debita naturę nummus solatia reddat;
Nec nimium serves discretus, nec nimium des,
In medio limes tutissimus est gradienti.[4])
In cunctis modus est[5]), nimium reprehenditur omne;
Quesitis igitur debes mediocriter uti[6]),
Ut quod contento paucis superest, inopum sit.
Sperne balatronum laudes scurrasque dicaces[7])
Abice. Mens recti sibi conscia[8]) gloria vera est.
Scurrę cum coram tibi sesquipedale sonoro
Dant nomen[9]) plausu, post munera capta cachinnum

---

219 *iricu* Herschel falso 226 sq. uncis inclusa macula paene deperdita sunt 226 *dissolvetur in ustam* Herschel falso 243 c. *sesq*[i] *pedale*

---

1) Hor. Ep. II, 1, 192. Georg. I, 163 sq. 2) i. e. ericii. 3) Hor. Sat. I, 1, 68. 4) Ov. Met. II, 137. 5) Hor. Sat. I, 1, 106. 6) Ep. I, 18, 99. 7) Sat. I, 2, 2. 8) Aen. I, 604. 9) Hor. Ep. II, 3, 97.

Tollunt[1]) absentes: „Euax, se furcifer ille[2])
Auctumat esse probum palponum[3]) laude probatus!
Insipiens aliis plus credit quam sibi de se!“[4])
Evigilans tandem sodes ordire modestam
Vitam. „Ni fallor, mihi vis auferre leporem
Mundanum penitus?“ Vere, quia tempore parvo
Nobiscum durant liquidi oblectamina mundi.
Albin bellorum studii tedebit Athenas,
Francigenasque mares lentis girare pigebit
Spadices loris operamque citis dare glaucis[5]),
Seque Neoptolemi resipiscent dedere ludis,
Gymnasium et peltas et cetera talia ponent.
Omnia presentis cessabunt ludicra vitę,
Quę quisquis probat esse dei convincitur hostis.
Nemo potest dominis pariter servire duobus.
Spreta magis tribus est infesti curia regis,
Infantis postquam visere crepundia summi.
Haut secus ecclesiam qui veri principis aulam
Iam visit, mundi spem respuat atque timorem.
Felix paupertas, quę nec metuis neque speras!
[Bo . . . . e]s Stigie capient terrena inhiantes.
[Uxor (?) Loth (?) sal] facta monet ne respiciamus.[6])
[Quocirca] quivis ad veram tendere Segor[7]),
Respue opes falsas, fuge ceca negocia mundi,
Illuc festinans, ubi vere divicię atque
Gaudia vera manent, dolor est ubi nullus, ubi nec
Papilio solem nec tegula dimovet ymbrem,
Nemo gelu quatitur, nemo torretur ab estu,
Pacis ubi vere locus est vitęque perennis.
Ne dicas, cras incipiam bene vivere, sed nunc

246 *Auctumant* 251 c. *durent* 258 c. *hostes* 265 sqq. uncis inclusa macula paene deperdita 270 c. *dolor ubi est*

1) Hor. Ep. II, 3, 113. 2) Sat. II, 7, 22. 3) Pers. V, 176 et schol. 4) Catonis dist. I, 14, 2. 5) Georg. III, 82. 6) Gen. 19, 26. 7) Gen. 19, 30.

Incipe, ne tardes; facilis sequitur via ceptum.[1])
Accelera dum tempus habes, inopina repente
Mors venit et iuncto locupletem paupere tollit,
Quique hodie vivit, si vivat cras quoque nescit.
Sed mortis varię quicumque color rapiet te;
Si te precipitet iustum, securus abibis.
Ergo age festinus, mundanos effuge casses,
Respue opes falsas, fuge ceca negotia mundi,
Dum te dira sinit mors, ne fugere incipias tunc,
Quando fuge non est locus. Inde suis deus inquit
Asseclis: curę vobis sit, ne fuga vestra
Tempore in hiberno fiat vel sabbato: in ista
Non multum licet die[2]); nive cum tegit Alpes[3])
Tristis hiemps[4]), iter aggressis via commoda non est.
Sic post hanc vitam nulli se corrigere, hostem
Infernum effugere tempus. Qui presbitero nunc
Crimina quę gessit profiteri negligit et qui
Nunc ex corde suos non vult deflere reatus,
Post obitum supplex veniam poscet nec habebit.
Occidit Euridice postquam respexit et Orpheus[5])
Incassum flevit. Nugaris, agagula[6]), longus
Inquit Yperephanes, quid tot proverbia ructas?
Nil quod perdat habens latronem non timet et nil
Prorsus, ais, dives semper manet anxius et tu
Pauper es invitus; nosti quid Oratius inquit?
Virtus et nobilitas sine re plus carice sordet.[7])
Respue opes falsas, fuge ceca negotia mundi.
Quid tantum garris, homo mensurę tripedalis?
Raro breves humiles vidi rufosque fideles.[8])

---

280 c. *precipiet* 287 *licet ire die* coni. Wattenbach (Büdinger, Denkmale S. 104) 288 c. *Tristes* 302 c. *tripidalis*

1) Hor. Ep. I, 2, 40 sq. 2) Matth. 24, 20. 3) Ecl. X, 47. 4) Georg. IV, 135. 5) Ov. Met. X. XI. 6) cf. Eupolemii Carm. (Cod. Dresd. Dc. 171[a] fol. 21[a]) I, 296 verbosus agagula. 7) Hor. Sat. II, 5, 8. 8) cf. Eupolemii Carm. I, 800 Quam raro fideles | Sunt rufi.

Accipe quod reddo, longos miror [sapientes]
Albos audaces, non iure calumnio [nigros.]
Tu scis quod sapiens Zebedei filius in[quit?]
Cętera, dicit, amans mundana deum fug[it, aie?]
Vin semper vivam bene nec prevaricer inique
Eterni mandata dei? Quis semper iniquam
Obpugnare potest aciem, nisi quem iuvat ille,
Quo retrahente manus Amalehc leo sevit ut Afer?
Nemo. Sed idcirco debemus tendere nisu
Omnes unanimi cęlestis ad atria vitę.
At minime scimus quis perventurus eo sit,
Solus namque deus novit, quos destinet illuc.
Ergo qui bonus est illustratusque videtur
Virtutum radiis, non ampulletur in illis.[1])
Viventis recte laus est in fine canenda.
Nauta licet placidis committat carbasa ventis,
Non prius est tutus, quam corripit anchora portum.
Adde quod Hesperias cum Titan vergit in undas[2]),
Dignum laude diem demum quę claruit aiunt.
Et qui finetenus non servat premia perdit.
Stultus cepta probat bona, prudens ultima spectat.
Hec ego vos doceo, docuit me summa sophia
Scilicet omnipotens, hęc exercete fideles.

---

### (IV.) **De eo quod non possit regnum cęlorum acquiri sine patientia.**

Codicibus sacris ad nostrum tendere docma
Illita, quem lateat? Quoniam si iugiter illis
Pupula pascatur, quam novimus esse lucernam

---

304 sqq. uncis inclusi loci maculis deperditi iam fere legi non possunt 306 c. *Tuscis* 308 c. *Vim* 311 c. *affer* 314 *At*] c. *Ut* 323 c. *servit*

---

1) Hor. Ep. I, 3, 14. 2) Hor. C. II, 17, 20.

Corporis, et spectet divina volumina crebro,
Ferre probra et forti certare docemur agone.
Lectus Iob fimus est, Stephanus lapidum ymbre necatus,
Mauricius gladio, Vincentius igne catastę.[1])
Ergo viri, quibus est demissum nomen ab illo,
Prodiit irradians hirto qui e corpore Christus,
Ut sol, cum rapido ventorum turbine mixtę[2])
[Fulmina producunt] nubes tonitrusque fragosi[3])
[Mortales terren]t pavidos[4]) tempestaque grando
[Effulget subit]a discissa nube[5]) nitela,
Condigno signate gradu vestigia[6]) Christi
Qui, quos arguta seduxit mango loquela
Furvus, ab Egipto deducere, reddere sponte
Dignatus scribis voluit simul et Phariseis,
Vendi per Scarioth facibus sudibusque prehendi,
Dignanterque pati feralis flagra Pilati,
Atque crucifigi, velud hoc predixit Esayas,
Crimina nostra gerens hiaros oblatus in ara
Sponte sua est; rursusque alibi scriptum reperitur:
Aspicient ad me quem confixere nefandi,
Quisquis avet recto post illum calle venire,
Se neget atque crucem patiendo baiolet in se.[7])
Si recte arboribus cannas potes equiperare
Maceriam muro, mortalem conice Christum.
Hęc, fateor, nequeo paradigmata solvere firma.
Sed tamen et pauper differt a divite, nam cum
Horridus autumno cedente coagulat algor
Terras et glacie constringit Aquarius amnes,
Pellibus incedit vulpinis dives; at isti

---

337 sqq. uncis inclusa paene deperdita 340 an *servate?* c. *gradum* 343 *simul* superscr. M 347 *hiaros*] *hia* macula paene deperdita 351 c. *baiolat* 353 c. *Christo* 355 c. c. *adivite* 358 c. *at*, *ut* Büdinger l. l. p. 20 n. 60, sed postea correxit p. 104

---

1) Prud. Perist. I, 56. 2) Aen. II, 416. 3) Valer. cc. Argon. II, 196—199. 4) Aen. VIII, 349. 5) Aen. 37. 6) Georg. III, 171. 7) Matth. 16, 24.

Mastrugam prebet detonsus forpice vervex,
Et sic ad flores ambo servantur apricos.
Muscose quercus imitantur fronde miricę[1])
Sidereas humili, celsas viburna cupressos[2]),
Labruscę vites[3]) foliis, pomaria dumi.
Loricę confidit eques scuto atque galero.
At nos alma fides tegat et tolerantia fortis.
Forcior est patiens robusto milite, qui se
Promovet evertens et propugnacula et urbes.
Qui nimium fragiles probra momentanea ferre
Horretis, quid tunc, cum scintillante vorabit
Sulphure vos, cui non salamandria prevalet, ignis?
Aut qui nunc pugnis inpacta vivere bucca
Pulsataque alapis facie diffidis, [at orci]
Agmine vallatus miror quo cor[pore possis]
Ignitos clatros, ignita repagula [ferre].
Discipuli humanis innarunt fluctibus et quos
Vipera non lesit, seps[4]), anphivena, parias,
Scorpius et scitalis, prester, natrix et ophites
Sibilus et ceneris, dipsas, caculi atque lacertę
Mordebant homines, sed eos patientia eorum
Coniunxit superis. Hinc est quod fluctibus olim
Archa levata Noę, quia, dum tumidi probra mundi
Subsannant quatiuntque, bonos ad sidera tollunt.[5])
Virtus quoque cadit, quam non pacientia fulcit.[6])
Erumpnas igitur pro Christi perfer amore
Has, qui sanctorum fieri iubarisque supremi
Affectas consors. Oportunum tibi nunc est
Tempus quęrendi celestia; si modo non vis
Vincier adversis, age nunc, ne te tenebrarum

359 c. *vertex* corr. Büdinger l. l. p. 104   375 c. *in nar̄t*
384—399 ed. Herschel l. l. p. 125

1) Ecl. IV, 2.   2) Ecl. I, 24. 25.   3) Ecl. V, 7.
4) 376—379 e Lucani Phars. IX, 712—724 cum multis vitiis desumpti.   5) Aen. I, 103.   6) Prud. Psych. 177.

Accipiant sedes, ubi nulla licentia sonti
Evenit incluso; non illic filia matri,
Non frater fratri valet esse, sororve sorori
Auxilio; quid avus patruus vel avunculus illic
Cognatis avia aut amita aut matertera prosunt?
Non de Tartareo dampnatam gurgite levir
Germani sociam nec salvus amasius olim
Caram diripiet, nurui non proderit illic
Fida socrus socerumque gener non eruet igni
Addictum Stigio. pravis et pectore rectis
Eximium discrimen erit, Petro atque Neroni,
Herodi et tinctis insonti sanguine cunis.
[Sed mihi dicit homo Sicula] ferventior Ethna
[S(ol?)us amo taç]itos et garrula abominor ora.
[Vin, sodes, ut non] qui cornicatur inepte[1]),
Vapulet et quęvis liceat blaterare procaci.[2])
Paucis est gratus diffundere cuncta paratus,
Flet lesus si non ulciscatur puer, et quid
Maiores faciant infesti sunt mihi scurrę.
Moroso risor, taciturno garrulus obstet,
Scurra leccatori se iungit, honestus honesto,
Parvum parvus amat; sic quisque parem sibi querit.
Sed mihi dic per eum, qui rura polumque gubernat:
Quid tibi falsa nocet detractio probrave iusto?
Hoc patere, hoc sanctos examinat ut focus aurum!
Dic, queso, collumne iubes ferientibus aptem
Inmotum mirerque manus? Inire salutem
Optans scalpello ventrem rimante secandus
Lentus membra manet nisi firma fidicula frenet[3])
Brachia cum pedibus? Da cardiaco[4]) piponellam:

---

398 c. *parvis* corr. Herschel 401 sqq. uncis inclusa paene macula deperdita 412 c. *probra vł, ł* deletum

---

1) Pers. V, 12. 2) cf. Hor. Sat. II, 7, 35. 3) cf. Prud. *Perist. X, 481.* 4) cf. Hor. Sat. II, 3, 161.

Nauseat, ictericus[1]) cretam, raphanum peducosus
Invitus bibit, os apoplexicus a basilisca
Contrahit. Insulsi, qui ignominiam esse putatis
Grandem, si stultus vobis infert mala quisquam,
Ni vindicta assit subitanea et hunc mage torvis
Quam linx aut Bicię, quę hominem, si credere fas est,
Intuitu perimunt[2]), oculis lustrare soletis!
Seminecem, iuvenis, tu te inter balnea fingis,
Mutus es, ut sumpta fertur canis esse rubeta,
Surdus es, ut Marsis se prebet cantibus aspis,
Cecus es, ut non plus videas quam cecula lucem.
Ut querula tenuis recreata novacula cote
Pubere te vultu prolixa segre[ge[3]) barba]
Reddat et incedas nitidus pervince[re nuptas] —
Seria ridiculo quid obest sermone notare? —
Sic fac nocticulam simules gravitate soporem,
Ut tua vir rabidus sarcire piacula quivis
Ictibus aut sanna queat ornerisque iuventa
Virtutum placida, summoto crine notarum.
Qui paulum lesus fumantem imitare Vesevum
Nec te metiri vis materiam cariosam,
Quando pro Christo ferres tormenta vel ignes?
Deficeres presente malo, quem raptus ad alta
Exul signavit sexcentis undecies sex.[4])
Hic pia sanctorum collegia mortificabit,
Multos prodigiis, multos feritate domabit.
Tunc sacer Helyas, tunc vivax occidet Enoch.
O quot precones habet ille malus, modo quorum
Probra et acroma frequens fer et es martyr sine ferro.
Pauper cui nulla est possessio, parva suppellex,
Imbricibus trabibusque humeros oneratus et illis,

---

420 c. *ab asilisca* 425 c. *in tuitu* 428 *prebet*] *pre* superscr. M 448 c. *palva* corr.

---

1) cf. Iuvenal. VI, 565. 2) Plin. 7, 2, 16 sq. 3) cf. *Prud. Ham. 803.* 4) Apoc. 13, 18.

Que naves portare solent, a littore migras
Propellisve ratem remis tensoque rudente,
Scandis ad antemnam, residesque in margine prorę,
Non tibi sollicitus, quod sis casurus in ima,
Et nec bruma tuum sedat nec cauma laborem,
Vivere quo possis et tecum sis, ais: Adam
Stultus honore nitens non intellexit, ob hoc nunc
Vivit per magnos humana propago labores.
Murilego dormitanti cecoque tacenti
Raro quid offertur: suda, ne limina noctu
Suffodiens oculos perdas aut in cruce vitam.
An dubitas ergo mundi mala lubrica ferre
Ne sis perpetuo cariturus lumine? Si te
Vexat anhela tysis[1]), cacexica, sive catarrus,
Absinti, gamandreę tibi bethonicęve
Hauritur sucus; si gutta nocet tibi, queris:
„Numquid flebothomi, numquid cauteria prosint?“
Ergo magis pro anima tolerare decebit amara,
Scilicet irrisus non fastidire, vel ictus
[S . . . nisi . . . . l]ucratur gaudia nemo
[Nec . . . go . . nc cer]tantem laurea cinget.

---

(V.) **Oratio ad sanctam trinitatem et fides de resurrectione carnis.**

O sator, o soboles, o sancte spiritus, une
Subsistens sine fine deus, quem nostra mathesis
Separe non scindit ductu — luit Arrius illud —
Da, precor, ut superę compos sit Amarcius aulę,
Apprendens fidei litus celeste saburra.
Cesar et Emathię strages et fama Catonis

---

450 c. *alittore* 459 c. *lumina* ı eras. 471—509 ed. Herschel l. l. p. 125 sq.; 471—475 ed. Büdinger l. l. p. 8 n. 19 473 *illud*] *illum* Büdinger falso 474 *Amarcius compos sit* Büdinger falso

---

1) Georg. III, 497.

Lucanum celebrem faciunt, laudatur Opheltem
Stacius evolvens devotaque prelia Dirces,
Et Marii referens virtutem astumque Iugurthę.
Te, deus, et calamus meus et mea lingua resultat.
Sed titubo, qua voce canam, qua mente sacrem te?
Quippe anguina notis fauces corrumpit obesas
Squalida virosis priscę et rubiginis urit
Pectus condicio. Contra tibi cęlicolarum
Concentu puro gaudent iubilare catervę,
Ter proclamantes ob trina vocabula: Sanctus.
Attamen hoc figmen tua quod manus effigiavit,
Respice me clemens, ysopoque asperge tuique —
Magna peto — civem da vel minimum fore regni!
Credo quod ut reduci meus ecclesięque redemptor
Carne resurrexit vere palpatus edensque,
Sic ego de terra recidivo corpore surgam
Inque mea, qua carne modo tegor, ante tribunal
Christi stabo meis de factis discutiendus.
Credo quod extremis, tuba quando novissima clanget,
Prodibunt e sacrofagis hominum ossa, quod amnes
Quod rapuere ferę, quodque ussit flamma, redibit,
Preter cum Christo qui surrexisse leguntur.
Credo quod vitę fuerint quicumque perennis
Participes, nulla cum debilitate redibunt;
Quorum grex ut sol nitidus comitabitur agnum
Gaudens, et reprobos ęternus puniet ignis.
Tunc non me Stigiam circumversare Caripdim
Permittas, neque predonem sorbere minacem,
Sed pietate tua meritis prestant[e sacrisque,]
Qua Ionam vasti rapuisti pis[cis ab alvo,]
Leviathan patulis rape me de [faucibus atque]
Sedibus inde tuis, ubi digna tibi sine fine
Carmina vocalis iustorum concio pangit.

---

481 c. *titulo* corr. Herschel 487 *figulum* Herschel falso
495 c. *qn̄ n* prius *m* 496 c. *esorcofagis* c. *explicit liber Amarcii*

# I. INDEX NOMINUM.


Aaron I, 335. III, 317.
Abram II, 37. Abraham III, 57.
Achan I, 103.
Acheron I, 81.
Achilles III, 242.
Achitofel II, 559.
Adam I, 287. 296. III, 432. IV, 455.
Adar II, 520.
Admetus II, 131.
Afer leo IV, 311. Afra rura I, 432.
Agenor III, 256.
Ahtlas (*Atlas mons*) II, 145.
Albis (?) IV, 252.
Alchimus (*Candidus Theopystius*) prol.
Alchimus II, 545.
Alchimus (*Avitus*) III, 270.
Alcides II, 130.
Allophili III, 947.
Alpes IV, 287.
Amalehc IV, 311.
Amarcius (*Sextus Gallus Piosistratus*) prol.; titul. primi capitis; IV, 474.
Ambram (*Amram*) II, 204 (Ambrę filius *i. q. Moyses*).
Aminea vitis III, 121.
Amos *pater Iesaiae* II, 329.
Antheus (*Antaeus*) II, 353.
Antiochena urbs II, 604.
Anubis II, 339.
...ella I, 106.
Apollo II, 51. Apollion III, 399.
Appellas I, 212.
Aquarius IV, 357.
Aquilo I, 511.
Arar (*flumen*) I, 376.
Arator *poeta* III, 270.
Araxes *flumen* I, 376.
Archadia II, 49.
Arcturus I, 271.
Aristotiles alter III, 267.
Arrius IV, 473.
Artofilax I, 271.
Asia II, 343.
Assiria IV, 187.
Athenae IV, 252.
Athos *mons* II, 145.
Atrides III, 790.
S. Augustinus III, 427.
Ausonia II, 344.
Aventinus collis II, 346.
Avernus I, 82. 355. *adiective* III, 406.

Baalites III, 507.
Babilonius rex (*Nabuchodonosor*) II, 238.
Bachus II, 341; B. cornutus III, 937.
Barachia II, 261 (B. filius *i. q. Zacharias*).
Belial III, 818.
Belus III, 508.
S. Benedictus I, 254.
Boradon III, 156. 174.

Bethania II, 402.
Bethlem II, 233.
Bicie (*Bitiae*) IV, 424.
Biritus urbs II, 602.
Boecia (*Boeotia*) II, 341.
Boetius *philosophus* III, 110.
Bonosus I, 212.
Booz III, 374.
Boreas IV, 146.
Britanni II, 11.

Cacus II, 353.
Cain II, 479.
Calpurnia *uxor Caesaris* IV, 191.
Camenae III, 797.
Capadoces IV, 186.
Caripdis IV, 503.
Catholici I, 226.
Cato IV, 476.
Caucasea nix I, 312.
Cecropides II, 589.
Cecuba *vina* III, 122.
Cerberus II, 352.
Ceres I, 380.
Cesar (*C. Iulius*) III, 245. IV, 476.
Cesar Augustus I, 472.
Cesarea *urbs* IV, 193.
Cherubin III, 680.
Chia vina I, 401.
Christicola I, 104. II, 625. 645. III, 181.
Cinici (*Cynici*) I, 207.
Cinosura I, 271.
Cinthius (*Apollo*) II, 131.
Circe I, 187.
Citherea (*Venus*) II, 356.
Cocytia pestis I, 457.
Corinthus III, 700.
Cous scriptor (*Philetas*) III, 791.

Dacus I, 380.
Damascus II, 588.
Dane (*Danae*) III, 256.
Daniel II, 269. III, 274. 278. 286. 508.
David I, 494. II, 5. 148. 192. 945. IV, 155.
Dedalos II, 44.
Demostenes I, 221.
Deucalion II, 46.
Dirce IV, 478.
Dis II, 342.
Dodona II, 51.
Dorcas III, 717.
Driades (*Dryades*) II, 214.

Edissa III, 375.
Egiptus IV, 342.
Elbidius I, 211 (est ut videtur Helvidius quem Gennadius nominat vir. ill. c. 32 Auxentii discipulum).
Emathie strages IV, 476.
Eneas II, 343.
Eniochi (*Heniochi*) III, 388.
Ennius *poeta* III, 792.
Enoch IV, 445.
Enomaus (*Oenomaus*) III, 251.
Ephesus III, 700.
Erinis I, 407.
Esayas (*Iesaias*) IV, 346.
Esopus III, 527.
Ethiopes II, 12.
Ethna *mons* IV, 401.
Eufronius *magister* III, 572. IV, 1.
Eumenis II, 562.
Euridice IV, 294.
Eurus I, 512.
Eva II, 62. 68. III, 689.
Ezechiel II, 299.

Falernum *vinum* I, 373. 401.
Flegetontei (*Phlegethontei*) ignes I, 80.
Fotinus (*Photinus*) I, 211.
Francigenae mares *i. q. Franci* IV, 253.

Gabaon III, 373.
Galathae III, 700.
Galileus (*Iesus*) II, 636.
Gallus (*Cornelius Gallus*) III, 268.
Ganges *fl.* IV, 227.
Garamantes *populus* IV, 186.
Gehenna I, 342.
Geloni *populus* II, 631.
Genealogus (*genesis liber*) I, 491.
Genesis *liber* III, 582.
Gerion *rex* II, 352.
Gnosiades II, 338.
Goliath I, 439.
Gomorra III, 87.
Greci III, 124. 667.
Gratia III, 269.
S. Gregorius III, 225.

Hammon (*Ammon*) II, 50.
Hebrei I, 460. II, 26. 177.
Helchias *pater Ieremiae* II, 317.
Helena III, 790.
Helias *proph.* I, 554. IV, 445.
Helicon *mons* III, 797.
Heliseus *vates* II, 120.
Henricus III. *Roman. imperator* III, 141.
Herodes I, 477. IV, 192. 400.
Hesperiae undae IV, 321.
Hidaspes *fl.* IV, 187.
Hieremias *proph.* II, 662.
S. Hieronimus I, 99.
Hierosolima II, 376.
Hister *fl.* I, 376.
Homerus I, 187. III, 791.
Horestes (*Orestes*) III, 251.
Hyrcani montes I, 544.
Hyrcanus I, 476.

Iacob I, 461. II, 24.
Iamnia *urbs* III, 340.
*Ianus I, 114. II, 180.*
*Iayrus (Iairus) I, 516.*
*Idida I, 231.*
Iericheni I, 103.
Iesus I, 522. II, 393. 608.
Iesus *i. q. Iosua* III, 373.
Iezi II, 118.
Iherusalem I, 347.
Iliaci ignes II, 345.
Indi II, 10.
Io vaga III, 257.
Ioas II, 520.
Iob IV, 332.
Iohannes *baptista* III, 751.
Iohannes *apostolus* III, 478. IV, 3. 82. 127. 138.
Ionas IV, 506.
Iordanes II, 93.
Iordanica pubes I, 349.
Ioseph III, 233.
Ioseph *fil. Zachariae* III, 340.
Iris III, 502.
Ismarus *mons* II, 217.
Israhel I, 21. II, 234. 334.
Iuda I, 462. II, 1. 174. 546.
Iudas *apost.* II, 105.
Iudea I, 467. 476. II, 170. 173. 233.
Iudeus, Iudei I, 106. 108. 507. II, 30. 31. 260. 366. 408. 454. 619. 661. III, 947.
Iudit III, 234.
Iugurtha IV, 479.
Iulea stirps (*Iulia gens*) I, 472.
Iulius (*C. Iulius Caesar*) IV, 189.
Iuno III, 254.
Iupiter II, 356. III, 252. 260.
Iuvenalis *poeta* III, 268.
Iuvencus *poeta* III, 270.

Laborinthus (*Labyrinthus*) III, 229.
Lacedemon III, 789.
Lamia I, 230.
Latini III, 667.
Latona III, 256.
Laurentius *martyr* III, 38.
Lazarus II, 402.

Leda III, 256.
Lethaea papavera III, 214.
Leviathan III, 515. IV, 507.
Libicus leo II, 444.
Lidius (*Lydius*) I, 421.
Lieus (*Lyaeus*) I, 381. III, 120.
Ligures (*vestes?*) IV, 171.
Loth III, 87. IV, 266(?).
Lucanus *poeta* IV, 477.
Lucas *evang.* III, 184.
Luna III, 632.

Macharius abbas III, 380. 397.
Malasser III, 283.
Mambre II, 36.
Manicheus III, 238.
Mantua III, 792.
Maria I, 501. II, 61. 137. 369. III, 237.
Marius IV, 479.
Mars II, 337. III, 8.
Marsi IV, 428.
Martia virtus III, 392.
Mauricius *martyr* IV, 333.
Maurus II, 319.
Medica tellus I, 402.
Medusa I, 190.
Melchisedech III, 89.
Memallonides II, 363.
Memphitis populus II, 339.
Menades (*Maenades*) II, 359.
Menelaus II, 548.
Messias I, 482. II, 253.
Micheas *proph.* II, 232.
Milesia clamis III, 48.
Moabitis III, 374.
Moyses I, 335. II, 115. III, 507.
Musa III, 248.
Mynois bos (*Minotaurus*) II, 338.

Naiades II, 214.
Naso *poeta* III, 268.
Neoptolemi ludi IV, 255.
Nero *IV, 399.*
*Nestorius I, 211.*
Nicanor II, 545.
Nilus *fl.* I, 334.
Nimphae II, 214.
Noa IV, 381.
Noetus I, 212.
Novatus II, 671.
Numa *rex* II, 347.
Numida (*Iugurtha*) II, 545.

Oceanus III, 609.
Olympus III, 354.
Onias II, 549.
Opheltes IV, 477.
Oratius (*Horatius, Sat. II, 5, 8*) IV 299.
Orcus II, 478. III, 399.
Orion I, 271.
Orpheus IV, 294.

Padus *fl.* I, 376.
Palestina arva I, 480.
Pallas III, 243.
Pan II, 49.
Paphos *insula* II, 340.
Parca III, 269.
Parnasus mons II, 337.
Parthi II, 13.
Patricius (*an nomen proprium?*) III, 154.
Paulus *apostolus* III, 468. 695. 702. 814. IV, 90.
Pelasgus (*Graecus*) sermo II, 155.
Pelusiaci horti II, 47.
Pergama II, 343.
Petrus *apostolus* I, 514. II, 593. 668. III, 718. IV, 399.
Pharisei IV, 343.
Pharius tyrannus II, 111.
Phebus (*Phoebus*) II, 337. III, 634.
Phenissa II, 372.
Philippus *apostolus* I, 207.
Philomela I, 442.
Phinees III, 284.
Pilatus IV, 345.

Plato barbatus III, 242.
Plyades *sidus* I, 271.
Poliphemus III, 251.
Priapus II, 129.
Prometheus II, 44.
Protheus I, 356.
Prudentius *poeta* II, 383.
Pytagoras I, 442.

Quirites I, 320.

Raab *meretrix* III, 874.
Regum liber I, 468.
Renus *fl.* I, 376.
Rodanus *fl.* I, 376.
Rodope *mons* II, 217.
Roma III, 561. 733.
Romana arx III, 141. Romani consules I, 63.
Romulidae I, 473.
Ruth III, 374.

Sabaoth II, 142.
Sabei III, 409.
Sabellius I, 212.
Saliorum carmen IV, 56.
Salomon *rex* III, 22.
Samaria II, 582.
Samson I, 231.
Samuhel III, 945.
Sareptensis vidua I, 551.
Sarraceni III, 299.
Satiri (*Satyri*) II, 214.
Saul *rex* III, 944.
Saulus II, 588.
Saxo I, 380.
Scarioth (*Iudas*) IV, 344.
Scithici fines IV, 100.
Sedulius *poeta* III, 270.
Segor *urbs* IV, 267.
Semele III, 257.
Seraphin III, 680.
Seres *populus* II, 493.
*Severinus I, 186.*
*Sicambria (i. q. Gallia)* II, 526.
*ula Ethna IV, 401.*
Simeon II, 86.
Sirenes I, 187.
Sirius *sidus* III, 364.
Socraticum cornu III, 266.
Sodoma *urbs* I, 493. Sodomae III, 199.
Spira *urbs* (*Speier*) III, 157.
Sporinna (*Spurinna*) IV, 191.
Stacius *poeta* IV, 478.
Stephanus *martyr* IV, 332.
Stigius ignis IV, 398. Stigius ... IV, 265. Stigia Caripdis IV, 503. Stigiae latebrae I, 79.
Stoicus II, 590.
Suevi truces III, 388.
Suevulus I, 440.
Sunamitis femina II, 119.
Susa III, 375.
Susanna III, 233.
Sybilla III, 62.
Sydoniae orae II, 602.
Sydrac II, 245.
Syloa II, 384.
Syon (*Sion*) I, 496. II, 168. 174. 262.

Tanais *fl.* I, 376.
Tantalus IV, 231.
Tartara III, 196.
Tartareus gurges IV, 394; t. vortex III, 188.
Tehbsites (*Thesbites, Elias proph.*) III, 508.
Terentius *poeta* III, 527.
Tereus III, 250.
Tessala carmina II, 348.
Teutonici (humanum Diti fudere cruorem) II, 342.
Themistius I, 221.
Theopystius *Candidus Alchimus* I, 1.
Thesiphone (*Tisiphone*) II, 362.
Thile *insula* (*Thyle*) II, 527.
Thirintius (Hercules) II, 351.
Thraces semiferi II, 630.

Tiriae (*Tyriae*) vestes III, 775.
Titus imperator II, 177.
Tobias III, 15.
Tracia II, 337.
Tusci *populus* II, 589.
Tyberina (*Tiberina*) stagna II, 345.
Tyriaca penna I, 351.
Tyrus *urbs* II, 603.
Tytan (*Titan*) I, 273. III, 632. IV, 321.

Uria II, 581.

Venus II, 340.
Vesevus *mons* IV, 438.
Vesta II, 344.
Vincentius *martyr* IV, 333.
Vosegus *mons* IV, 228.

Xanticus hospes (*Paris*) III, 789.

Ybla *mons* (*Hybla*) I, 541.
Yperephanes (?) IV, 296.
Ypocrates (*Hippocrates*) II, 75.
Ysaias (*Iesaias*) II, 181.
Ysiades (*David*) II, 581.
Ythacus (*Ulysses*) I, 188.

Zacheus III, 138.
Zebedei filius (*Michas*) IV, 306.

## II. INDEX VOCUM RARIORUM ET RERUM.


academica secta II, 590.
acceptabilis III, 232.
acolitus III, 957.
acroma (*i. q. acroamata*) IV, 447.
*adverbia in* ter *exeuntia*: proterviter I, 119. duriter I, 148. perenniter II, 278.
agagula IV, 295 *cf. Ducange s. v.*
agon IV, 331.
agyus (ἅγιος) III, 5.
albedo I, 3.
algosae paludes III, 365.
allec IV, 208.
alleluia IV, 14.
alpha vocatus et ω IV, 137.
altisoni versus I, 18.
altithronus rector III, 190.
alvus herilis IV, 215.
amare (*i. q. cupere*) I, 9. IV, 21.
amasius IV, 395.
ampullari IV, 317.
anates IV, 209.
anathema I, 341.
annichilare I, 340.
antrum cordis IV, 140.
aplestia (ἀπληστία) I, 357.
apoplexicus IV, 420.
apostata II, 459.
apostaticus IV, 10.
architriclinus I, 508.
azimon (*azymon*) II, 307.

*balatro IV, 241.*
*baptisma I, 194.*
baptismus III, 545.
baptizare II, 95.
basilisca *herba* IV, 420.
benedictio sancta III, 958.
bogae (*boiae*) III, 394.
boletum III, 71.
brucus III, 53.
byrsae olentes I, 55.

cacexica (*cachectica*) IV, 463.
camirus magus I, 98.
canabis (*i. q. vestis cannabina*) II, 496; *cf. Pers. Sat. V, 146.*
captive quovis languore caterve II, 387.
cardiacus IV, 418.
caro sale condita III, 360.
carrada III, 106.
catechizare III, 845.
catecuminus II, 664.
catiena (?) III, 467.
cattus (*i. q. catta*) II, 506.
cauma (καῦμα) IV, 454.
celipotens IV, 24.
cenodoxia IV, 199.
centuplicare III, 849.
centuplum III, 151.
chorosbates IV, 7.
*cibi*: IV, 219 sqq. ursus iricius pavo olor picus psitacus monedula.
cidaris I, 316.
cimiterium III, 755.
ciniflones III, 64.
clitella III, 351.

codex sacer III, 378; codices sacri IV, 327.
concubitor II, 253.
contradicere inferno tiranno IV, 40.
*contraria* IV, 409.
*convicia* I, 322 sq.
cornicari inepte IV, 403.
corradere metallum I, 129.
corrugare genas I, 25.
craticula III, 40.
credere *aliquem* II, 366 sq. 414. 419. IV, 33.
cremacula I, 423.
crisma I, 146.
cubitale II, 382.
cultura Christi III, 818.
cyaneum flumen I, 394.

decanus I, 161.
decima III, 848. 850.
decrassare III, 156.
deglutire III, 307.
delectare *i. q. amare* III, 445.
denormare caput I, 176.
depluere imbres I, 369; deplutae coturnices I, 564.
despectibilis III, 745.
diabolicus III, 235.
diapente I, 438.
dicier III, 131.
didascalus III, 838.
diversicolor I, 353.
doma III, 14.
dulcor IV, 168.

ebdomada III, 411.
edentula ululans veteres cantus I, 258.
elemosina III, 18.
elux (?) I, 569.
emblema *i. q. vas* III, 94.
eminuli digiti I, 428.
energÿmum II, 354.
ergasterium carnis *i. q. corpus* II, 57.

euhion euhoe II, 361.
excoriatus (*i. q. circumcisus*) Iudeus I, 108.

fabrica *i. q. factura* II, 132.
famen II, 398. IV, 174.
fantasmaticus III, 238.
faxis (*feceris*) III, 524.
figmen IV, 487.
flamines II, 355.
flebothomus (*phlebotomus*) IV, 466.
flocci pendere IV, 211.
forpex IV, 359.
fotor I, 183.
fuscinula I, 355.

gamandrea *herba* IV, 464.
*gemmae duodecim* IV, 87 sqq: iaspis IV, 87. saphirus 89. calcedon 92. smaragdus 100. sardonix 107. sardius 111. crisolitus 114. berillus 117. topazius 119. crisoprassus 122. iacinctus 124. ametistus 127.
glotes IV, 5. *cf. Ducange s. v. glos. N. 3.*
gybsum (*gypsum*) II, 356.

hamio III, 68.
hiaros (ἱερός) IV, 347.

iconomus (*oeconomus*) III, 277.
ictericus IV, 419.
idiota IV, 15.
idolium III, 712.
igene (?) II, 523.
inamarescere IV, 152.
induperator nummus I, 178.
infernicula (*diabolus*) III, 376.
infernus (*Orcus*) I, 78. IV, 290.
insensatus II, 255.
iricius (ericius) IV, 219.

karisma III, 2. 891.

laicorum speculum III, 801.
lecator (leccator) III, 933. IV, 409.
lendes I, 337.
lethargus III, 159.
lexiva II, 574.
licisca (Iuven. VI, 123?) II, 500.
*lusus pueriles* III, 330 sq.

mage II, 138. IV, 423.
mammonea acies III, 189.
mandrita *i. q. pastor* III, 42.
manna I, 563.
manzer I, 22.
marca (*moneta*) I, 47.
martirium IV, 131.
mastruga IV, 359.
mathesis IV, 472.
mediator aer III, 604.
medum (*Meth?*) I, 379.
mellifluus nitor I, 90.
*metrica et prosodiaca e. g.:* I, 150 omēlia II, 354 energĭma. II, 487 lascivĭă in te. III, 214 Quantŭm ăb. III, 676 facerē. III, 712 idŏlium. IV, 383 quōque. IV, 419 pĕdŭcosus *al.*
microcosmus III, 429.
momentanea probra IV, 368.
monarchos IV, 190.
*morbi:* II, 529 sq. III, 70. 78. 138. 446 sq. (morbus caducus) IV, 418 sq.
mortificare III, 212. IV, 443.
murilegus dormitans IV, 458.
muscula IV, 201.
musio IV, 197.

nauci tua verba videntur II, 305.
nictagis (*νυκτάζω?*) III, 809.
*nitedula consuta* bysso IV, 198.
*nitela IV, 339.*

nocticula sopor IV, 434; cf. Prud. Ham. 634.
nummi diurni III, 149.

obpilare os II, 280.
occare IV, 201.
offa allicit offam IV, 206.
oglossum (aglossum?) III, 214.
omelia (homilia) I, 150.
onocrotalus III, 762.
opella I, 54.
opermentum III, 15. 132.
oratorium III, 551.
ordinatio clericorum III, 883 sqq.
orthodoxa gens II, 365.
*orthographica* I, 310 inobs. 388 abta. III, 53 gurgulio (*curculio*). 313 abtis. 448 Pentafilon. 949 sq. ymago — imago. IV, 23 oricho.
osanna I, 351.

palpo IV, 246.
papa (*pontifex*) III, 734.
pape (*papae!*) II, 534.
paradigmata solvere IV, 354.
parochus III, 845.
pasta triticea III, 291.
peduclus I, 337.
peducosus (*pedicosus*) IV, 419.
*pentathli partes* III, 355.
pepon (*pepo*) III, 330.
peripsĭma II, 515.
periscelis II, 360.
phosforea urbs *i. q. aula caelestis* III, 531.
phyltra parare II, 528.
pincerna I, 509.
pinsere pastillos III, 115. p. lutum III, 331.
piponella IV, 418.
pirgus II, 281.
plantago III, 92.
plasma I, 285.
pneuma I, 24.

privati cibi IV, 215.
proselitus populus II, 176.
proterviter I, 119.
*proverbia et similia:* I, 364. II, 293 sq. 316. 410 sq. 505 sq. 613 sq. III, 124. 185 sq. 212. 416 sq. 773. 828. 901 sq. IV, 41 sqq. 237 sq. 320 sqq.
purrire clunes et collum equi III, 840 sq.

renones crisii IV, 199.
reptilia III, 645.
rhetorici *i. q. rhetores* IV, 18.
rotula *i. q. nummus* I, 144.
rubeta IV, 427.

sabbatum IV, 286.
sagena I, 515.
salpista IV, 53.
saxifrice vi elicere urinam II, 528.
sceptriger Romanae arcis III, 141.
scopulosa monstra III, 641.
scruta paterna I, 60.
*serpentes:* IV, 376 sqq.
sesquipedale nomen IV, 243.
sicera I, 379.
sintagma (*syntagma*) III, 148.
solifugae stellae III, 637.
sorbiciuncula lenis IV, 214.
speculamen torquere ad . . . II, 621.
statio iusti I, 98.
subdiacon III, 957.
subsannare IV, 382.
subtalares IV, 171.
suparum (*supparum*) I, 241.
synagoga II, 659.

tarmes III, 53.
temetum III, 26.
tempesta grando IV, 338.
theristrum molle II, 360.
ticiare II, 443.
timallus I, 314.
timorata corda IV, 24.
torrela I, 423.
tribula (*tribulum*) IV, 5.
triturare far IV, 213.
turbidulae curae I, 41.

usias (*οὐσία*) summus III, 323.

verbena et cespite coli II, 363.
villanus pollex III, 77.
vincier IV, 388.
vivere lupum I, 77.
vivificare II, 399.
vola I, 53.

ysopus IV, 488.

# III. INDEX CAPITUM.


| | | | pag. |
|---|---|---|---|
| | | Incipit epistola Sexti Amarcii Galli Piosistrati ad Candidum Theopystium Alchimum . . . . . . . . . . . | 1 |
| I, | I. | Epilogus de virtutibus patrum et posteriorum viciis . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 2 |
| | II. | De eo quod avaricia leges et sanctiones subvertat . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 4 |
| | III. | De eo quod libido maxime dominatur in hominibus . . . . . . . . . . . . . . . . . | 7 |
| | IV. | Invectio in superbos . . . . . . . . . . . | 10 |
| | V. | De diversis luxurie illecebris . . . . . . . | 13 |
| | VI. | [De invidia] . . . . . . . . . . . . . . | 17 |
| II, | I. | De eo quod incarnatio Christi predicta sit in veteri testamento . . . . . . . . . . . | 21 |
| | II. | De eo cur Dei filius incarnari voluerit . . . . | 23 |
| | III. | Confirmatio incarnationis dominice ex prophetarum testimonio. . . . . . . . . . . . | 26 |
| | IV. | Quod ineluctabilis sit Iudeorum duricia . . . | 31 |
| | V. | De invidia hominum in homines . . . . . . | 38 |
| | VI. | De discordia et ira et quam utilis sit penitencia | 40 |
| III, | I. | De sobrietate et elemosinis faciendis . . . . | 45 |
| | II. | De eo quod valde resistendum sit libidini . . | 51 |
| | III. | De eo quod Deus humiles diligat et superbos contempnat. . . . . . . . . . . . . . . | 56 |
| | IV. | De statu animę et excellentia carnis . . . . | 59 |
| | V. | De Eufronio docente quod omnia in caritate condita sint et in ea consistant omnia . . . . | 65 |
| | VI. | De incontinentia sacerdotum . . . . . . . . | 68 |
| | VII. | De eo quid sit sacerdotibus servandum quidve vitandum . . . . . . . . . . . . . . . | 73 |
| IV, | I. | De eo quod fides sine operibus mortua sit . . | 78 |
| | II. | De XII lapidibus et misteriis eorum . . . . | 81 |
| | III. | De eo quod mundus sit contempnendus . . . | 84 |
| | IV. | De eo quod non possit regnum cęlorum acquiri sine patientia . . . . . . . . . . . . . . | 89 |
| | V. | Oratio ad sanctam trinitatem et fides de resurrectione carnis . . . . . . . . . . . | 94 |

| | | |
|---|---|---|
| I. | Index nominum. . . . . . . . . . . . | 96 |
| II. | Index vocum rariorum et rerum . . . . . | 102 |

A FINE IS INCURRED IF THIS BOOK IS NOT RETURNED TO THE LIBRARY ON OR BEFORE THE LAST DATE STAMPED BELOW.

FEB -3 1973

4127809

L 32.100.3
Sexti Amarcii Galli Piosistrata Ser
Widener Library 003865506
3 2044 085 179 513